Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0002-8

# Analysis
# Libri Secundi Æneidos,
ASIÆ ET PHRYGIÆ MINORIS
*LUMEN, CAPUT,*
# TROJAM,
decenni bello
*INEXPUGNABILEM,*
GRÆCORUM INSIDIIS, SINONIS OFFUCIIS,
inſinuato equo durateo,
*EXPUGNATAM,*
*occidente*
## PRIAMO REGE,
flammis & ferro
*EXCISAM,*
*ab*
ÆNEA
fruſtra
*PROPUGNATAM,*
*& cum*
PENATUM, PARENTIS, FILII
cura,
UXORIS
jactura
*DESERTAM,*
NOTIS & TABULIS
delineans.
*Opera*
*M. JOSEPHI SEIZII, p. t. Rect. Gymnaſii*
*Patrii Svevo-Halenſis.*
HALÆ SUEVORUM, Sumptibus Authoris, excud. Johan-Reinhardus Laidig,
Anno Æræ Chriſtianæ M DC LVII.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0004-9

# Synopsis ſive Argumentum
*Jacobi Pontani.*

MOx ubi Regina Æneam oravit, uti artes, machinationesq́ue Græcorum, quibus Ilium ſubvertendum, penitusq́ue delendum ſuſcepiſſent, ac deinde quam multis ac variis ipſe cum ſuorum illis reliquiis terra mariq́ue incommodis laboraſſet, idq́ue toto penè ſeptennio, exponeret, repentè altum ab omnibus, quiq; in convivio accubabant, quiq́ue conviviantibus miniſtrabant, ſilentium eſt conſecutum, & ad audiendum mentes cum auribus adhibitæ. Æneas præfatus, ſe hoſtium etiam miſeratione, & lacrymis digna enarraturum, incipit. Totius, & ſuaviſſimæ ſimul, & ad ciendum fletum aptiſſimæ ἐξηγήσεως ſummam ante oculos ponemus. Græcorum duces, qui ſe jam decimum annum caſſo labore Trojam obſidere cernerent, neç manu, & armis eâ potituros confiderent, quod tam longo intervallo à virtute nequiviſſent, hoc ab aſtu, perjurioq́ue ſibi petendum judicaſſe. Proinde equum obſtupeſcendæ molis ligneum extruxiſſe, Minervæ dicatum ſimulaſſe, eò fortiſſimum quẽq́ue incluſiſſe, in Inſulam Tenedum deſertam latitandi cauſa ſe contuliſſe. Trojanos, ut homines incallidos, ac ſimplices, nihil fraudum atque impoſturæ ſuſpicatos, reſeratis portis, caſtrorum loca animi oblectandi gratia ſpeculatum egreſſos. Ibi tum Thymœten auctorem fuiſſe, uti equum æterno, pulcherrimoq́ue urbi monumento futurum inducerent: Laocoontem ſenſiſſe alia omnia: haſtam quoq́ue vi magna in mõſtrum illud intorſiſſe, confeſtim graves pœnas exſolviſſe. Poſteà à Trojanis paſtoribus Sinonem neſcio quem, Græcum hominem, qui conſultò in agro Trojano ſolus remanſerat, ſeq́ue de induſtria paſtoribus curioſè circumcurſantibus capiendum obtulerat, adductum in medium: cum va-

vaſritie, ſimulatione, dolis, ac fallaciis ſuis, è quibus totus erat conflatus, eò improvidos, nimiumque credulos perpuliſſe, ut equum mœnibus recipiendum conſenſu decernerent. Quo cum cerimonia, & gratulatione publica introducto, per noctem à Tenedo proceſſiſſe claſſem hoſtium; Sinonem clauſtris patefactis, delitentes emiſiſſe: hos ſine mora (quemadmodum res ipſa hortabatur) ad vigilum cædes faciendas incubuiſſe, portis apertis, multa ſociorum millia ſeſe infudiſſe. Æneam ſecundùm quietem ab Hectoris ſimulacro de urbe jam ab hoſte oppreſſa, deque fuga (utpote rebus planè deſperatis) arripienda monitum: ipſum verò, ut virum magnanimum, cum ſociis aliquot pari fortitudine præditis prius ultima, in afferenda ope, & auxilio occidenti patriæ, experiunda ſibi cenſuiſſe. Duos ex his Græcorum ferro occubuiſſe: rurſum alios duos Trojanorum ipſorummet telis cùm, quòd armis ſe Græcorum induiſſent, pro hoſtibus haberentur, oppetiiſſe: unum & alterum ſuperſtites ſecum ad regiam defendendam accurriſſe illam acerrimis conatibus oppugnatam, & expugnatam, injectis ignibus conflagraſſe. Priamum à Pyrrho ad aram Jovis Hercei crudeliter mactatum periiſſe. Se Helenam, ut horum malorum omnium fontem atque caput gladio transverberare habuiſſe quidem in animo, & jam rem confecturum fuiſſe, verùm à matre cohibitum, ac domum ad ſuos in præſentiſſimo diſcrimine tutandos abire juſſum. Ibi patrem Anchiſen, uti ſe perdita, ac deplorata prorſus urbe ſalvum exportari pateretur, flectere nulla ratione potuiſſe: niſi poſtquam puero Aſcanio cæleſti flamma comæ, tactu innoxio exarſerint. Tum denique prodigio commotum ceſſiſſe: regreſſum quà venerat, magnis clamoribus, & indagine multa amiſſam requiſiſſe, nullam inveniſſe. Ab ejus idolo, ſive umbra tandem certiorem factum, cum Creuſa bene ac feliciter agi, ipſum ſe, erroribus, & caſibus fatali quadam neceſſitate perfunctum, novo, nobiliſſimoque matrimonio in Italia inclytum, ac beatum fore. Poſt hæc ſe ad ſocios, quos apud Cereris urbem reliquerat, reverſum, majorem multò, quàm ante fuerat, utriusque ſexus multitudinem offendiſſe, paratum ejus ſequi ductum, & auſpicia, quocunque terrarum eos ducere conſtituiſſet. Atque hæc iſtius libri capita, hæc veluti quædam ſumma ſummarum eſto.

LAM-

# Lamberti Hortensii
## Annotatio.

QVæ de Trojæ excidio Dictys Cretenſis, Dares Phrygius, & alii prodidêre, longè diverſa ſunt ab iis, quæ à Marone commemmorantur. Sed aliud eſt hiſtoriam, aliud poëma ſcribere: maximè ſi Poëtæ noſtri conſilium ſpectemus. Ter Troja capta traditur. Primùm ab Hercule: inde à Græcis, propter Helenen: poſtremò ab Amazonibus. Porrò Agamemnon exercitum ex Aſia deducturus, è priſco victorum more, & depopulatorum urbium, eos devovit verbis conceptis, qui in poſterum reſtaurare Ilium eſſent auſi. Poſteri hac devotione territi, cùm ſe religione vellent exſolvere, locum in proximo, veteri non diſſimilem invenere: atque ibi condiderunt urbem, vocaruntque Ilium. Atque ad eum modum Agamemnonis devotionem ſubterfugêre. Pugnatum fuit ad Trojam, decem annos, menſes octo, dies duodecim, ut memoriæ proditum reliquit Dares. Perierunt in ea obſidioae in Græcis, octingenti & ſeptuaginta hominum millia, ut quidam ſcribunt. Ex Trojanis, ſexcenta & ſeptuaginta ſex millia armatorum, antequam urbs proderetur. In ea capta ferro abſumpta creduntur ducenta ſeptuaginta ſex millia.

## MODESTINI.

*Conticuêre omnes. Tunc ſic fortiſſimus heros*
*Fata recenſebat Trojæ, caſûsque ſuorum,*
*Fallaces Grajos ſimulataque dona Minervæ,*
*Lacontis pœnam, & laxantem clauſtra Sinonem.*
*Somnum, quo monitûs acceperat Hectoris, atrum:*
*Jam flammas cæli, Troum patriæque ruinas,*
*Et regis Priami fatum miſerabile ſemper.*
*Impoſitumque patrem collo, dextraque prehenſum*
*Aſcanium, fruſtra à tergo comitante Creuſa.*
*Ereptam hanc fato, ſocios in monte repertos.*

## EVFORBII.

*Cogitur Æneas bellorum exponere caſûs,*
*Grajorumque dolos, & equum, fraudemque Sinonis:*
*Exciſamque urbem, Priamique miſerrima fata:*
*Utque patrem impoſitum forti cervice per ignes*
*Extulerit, caramque amiſerit ipſe Creuſam.*

## NASONIS.

*Edocet excidium Trojæ, cladem que ſecundus.*

## ALIVD.

*Convivis ſeries narratur Troica belli.*

## ALIVD.

*Funera Dardaniæ narrat, fletusque, ſecundus.*

# TABELLA GENERALIS
## LIBRI II. ÆNEIDOS.

**Narratio Excidii Trojani conſtat**

- 1. Cauſis,
  - 1. Græcorum machinatione, cui præmiſſum eſt libri Exordium. Tab. 1.
  - 2. Trojanorum oſcitatione. 2.
- 2. Conſiliis Sinonis
  - 1. captantis Trojanorum
    - 1. Benevolentiam. 3.
    - 2. Fidem. 4.
    - 3. Miſericordiam, narratione
      - 1. Injuriæ intentatæ. 5.
      - 2. Fugæ ſuſceptæ. 6.
  - 2. inſinuantis equum narrata Palladis
    - 1. Offenſione. 7.
    - 2. Reconciliatione. 8
- 3. Occaſione, quæ eſt introductio equi, cujus
  - 1. Impulſiva. 9.
  - 2. Actus. 10.
- 4. Actu, reſpectu
  - 1. Vrbis, cujus
    - 1. Proditio. 11.
    - 2. Occupatio, ab Ænea
      - 1. percepta
        - 1. dormiente. 12.
        - 2. vigilante. 13.
      - 2. propugnata, ubi
        - 1. Cauſa. 14.
        - 2. Conſilia. 15.
        - 3. Eventus
          - 1 Felix. 16.
          - 2. Infelix. 17.
  - 2. Arcis regiæ
    - 1. Impugnatio. 18.
    - 2. Expugnatio
      - 1. Veſtibuli. 19.
      - 2. Penetralis. 20.
  - 3. Priami
    - 1. Irritus conatus. 21.
    - 2. Tragicus exitus. 22.
- 5. Eventu, Æneæ
  - 1. Lucta, ab
    - 1. Impulſiva, vel Affectu. 23.
    - 2. Oppoſito Veneris Conſilio, cujus
      - 1 Communicatio. 24.
      - 2. Executio. 25.
  - 2. Fuga, cujus
    - 1. Conſilia
      - 1. Diſſentanea,
        - 1. Anchiſæ pertinacia. 26.
        - 2. Æneæ armatura. 27.
      - 2. Conſentanea. 28.
    - 2. Actus. 29.
    - 3. Eventus, Creuſæ
      - 1. Amiſſio. 30.
      - 2. Diſquiſitio. 31.
      - 3. Apparitio. 32.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0009-0

NOTÆ.

a) Hypall. Intenta ora habeant, in loquentem defixi: vel. intenti ad ejus verba ne quidem hiſcebant.
b) A ſummo lecti loco, in quo diſcubuit Æneas. c) Exordium omnibus principiorum virtutibus exornatum, d) Malum bene cõditum movere, juxta Adagium.
e) Quia virtute diu defenſum, tandē dolo captū. f) Everterint, Metaph. g) Hoſtis non temperaret, nedum civis. h) Militū Achillis.
i) Militum Phœnicis. k) A nominativo tetraſyllabo Ulyſſeus genitivus contract9. l) Vide Adag
m) Aut Enall. aut Ellipſ. n) Occidentia, ſimplex pro compoſito, per Enall. figuræ o) Epanorthoſis. p) Excidium Trojæ, non bellum. q) Aut Enall temporis, aut Pyrrhichius loco Trochæi.
r) Laconica brevitate fugæ cauſas exprimit. ſ) Principes Græcorū.
t) Lucretii formula. u) Quantitate. x) Variant interpretes; plerīq; volunt arietē vel machinā bellicā ſubruendis muris accomodatam.
y) Ingenioſè, vel conſilio Palladis iratæ Trojanis. z) Proceleuſmaticus. a) Interiora ſtatumina, quibus laterum compages nitebatur. b) Pro felici navigatione.
c) Cùm nec pretio, nec precibus, nec minis quiſquam induci poſſet, ſorte res eſt geſta. d) Metalepſis, pro Tenebroſo, ac proinde vaſto, ingenti e) Synecd. f) Inſula hac ætate celebris bello Venetorum cum Turca, vide Chartam Geogr. g) Durante bello deſerta, ceſſante repetita fuit ab incolis.
h) Ubi ad tempus naves ſtant, portus ubi hyemant. i) Propter vada, aut Pyraticam. k) In hanc Inſulam, per ſpeciem fugæ, Græciam provehūtur. l) Græciam. m) Excuſſo luctu dant ſe lætitiæ Teucri. n) Cacophatō vocāt hanc ejusdem Syllabæ colliſionē o) Proſopopœia viſentis caſtra ab hoſtib9 relicta, & monſtrantis civib9 ſuis hoſtiū caſtrametationē. p) Caſtra metat9 fuerat. q) Manipulis, ordinib9 equitū, vel ſimpliciter, navib9.

VERSUS.

*Continuere omnes, [a] intentiq; ora tenebant.*
*Inde [b] toro pater Æneas ſic orſus ab alto:*
*[c] Infandum regina jubes [d] renovare dolorē,*
*Trojanas ut opes, & [e] lamentabile regnum*
*[f] Eruerint Danai: quæq; ipſe miſerrima vidi,*
*Et quorum pars magna fui.* [g] Quis talia fando.
[h] *Myrmidonum,* [i] *Dolopúmve, aut duri miles* [k] *Ulyſſi.*
Temperet à lacrymis? *& jam* [l] *nox humida cœlo*
[m] *Præcipitat, ſuadentq;* [n] *cadentia ſidera ſomnos.*
[o] *Sed ſi tantus amor casûs cognoſcere noſtros,*
*Et breviter Trojæ* [p] *ſupremum audire laborem:*
Quanquam anim9 meminiſſe horret, *luctuq;* [q] *re-*
*Incipiam.* [r] *Fracti bello, fatiſq; repulſi* *(fugit,*
[ſ] *Ductores Danaûm* [t] *tot jam labentibus annis,*
*Inſtar* [u] *montis* [x] *equum, divinâ* [y] *Palladis arte,*
*Ædificant; ſectaq; intexunt* [z] *abiete* [a] *coſtas.*
*Votum pro* [b] *reditu ſimulant: ea fama vagatur.*
*Huc delecta virûm* [c] *ſortiti corpora furtim*
*Includunt* [d] *cæco lateri: penituſq; cavernas*
*Ingentes, uterumq; armato* [e] *milite complent.*
*Eſt in conſpectu* [f] *Tenedos notiſſima famâ*
*Inſula: dives opum, Priami* [g] *dum regna manebant:*
*Nunc tantùm ſinus,* [h] *& ſtatio* [i] *male fida carinis:*
[k] *Huc ſe provecti deſerto in littore condunt.*
*Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe* [l] *Mycenas.*
Ergo omnis longo [m] ſolvit ſe Teucria luctu:
*Panduntur portæ: juvat ire, & Dorica* [n] *caſtra*
*Deſertoſq; videre locos, littuſq; relictum.*
[o] *Hic Dolopum manus, hic ſævus* [p] *tendebat Achilles:*
[q] *Claſſibus hic locus, hic acies certare ſolebant.* For-

# Libri II. Æneidos

## Tabella I. Specialis.

Excidii Trojani Hiſtoria conſtat

- 1. Exordio,
  - 1. ab adjuncto ſilentio & attentione omnium.
  - 2. ab efficiente Ænea, qui deſcribitur à ſitu.
  - 3. à forma pathetica,
    - 1. Captatione Benevolentiæ à perſona reginæ, & Attentiõis ab infando dolore.
    - 2. Propoſitione: cupis audire excidium Trojanum miſerabile.
    - 3. Ratione à difficili, quia fui αὐτόπτης ϗ αὐτοπαθὴς.
    - 4. Approbatione à majori quia ne fletu abſtinerent milites
      - 1. Achillis. 2. Pyrrhi.
      - 3. Vlyſſis.
    - 5. Expolitione ab importuno, per
      - 1. objectionem inſtantis noctis & ſomni.
      - 2 ſubjectionem deſiderii Didonis
        - 1. vehementia.
        - 2. materia.
    - 6. Clauſula, cum propoſitione, repetito affectu.
- 2. Narratione
  - 1. Cauſa, quæ eſt
    - 1. Græcorum machinatio,
      - 1. Equi duratei fabricatio, à Cauſa
        - 1. Efficiente
          - 1. Impulſiva
            - 1. interna, diuturni belli tædio.
            - 2. externa, inevitabili Trojanorũ fato.
          - 2. Principali, ductores Danaûm, ab adjuncto tempore decennii.
        - 2. Formali,
          - 1. à quantitate, inſtar montis.
          - 2. à qualitate, divina Palladis arte.
        - 3. Materiali, ex abiete ſecta.
        - 4. Finali
          - 1. ſimulatâ,
            - 1. à ſignato, voto pro reditu in Græciam.
            - 2. à teſtimonio famæ.
          - 2. verâ, occultatione militum per Expolit.
            - 1. incluſerunt lateribus viros lectos.
            - 2 cõpleverunt milite armato cavernas & uterũ.
      - 2. Simulata diſceſſio,
        - 1. à ſubjecto loco
          - 1. ad quẽ, Inſulam Tenedon, cujus Topograph.
            - 1. à celebritate famæ.
            - 2 ab opibus, tempore Priami.
            - 3 ab uſu, tempore Auguſti.
          - 2. à quo, littore deſerto.
        - 2. ab adjuncta opinione Trojanorum falſa de Græcorum 1. abitu 2. reditu in patriam
        - 3. ab effectu, ſecuritate Trojanorũ, per
          - 1. Exclamationem abjecti luctus.
          - 2. Diſtributionem,
            - 1 panduntur portæ. 2. exeunt Trojani.
            - 3. ſpectant caſtra.
          - 3. Hypotypoſin caſtrorum
            - 1 hic Dolopes, illic Achilles.
            - 2. hic claſſes, illic acies.
    - 2 Trojanorum oſcitatio. vid ſeq.
  - 2. Conſilii. 3. Occaſionis. 4. Actus. 5. Eventus. vid. ſeqq.

*Pars ſtupet* [a] *innuptæ* [b] *donum* [c] *exitiale Minervæ.*
*Et molem mirantur equi: primusq́;* [d] *Thymœtes.*
*Duci intra muros hortatur, & arce locari:*
*Sive* [e] *dolo, ſeu jam Trojæ ſic fata ferebant.*
*At* [f] *Capys, & quorum melior ſententia menti,*
*Aut pelago Danaûm inſidias ſuſpectaq́;* [g] *dona*
*Præcipitare jubent,* [h] *ſubjectisq́; urere flammis:*
*Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras.*
[i] Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
*Primus ibi* [k] *ante omnes, magnâ comitante catervâ,*
[l] *Laocoon* [m] *ardens ſumma decurrit ab* [n] *arce.*
*Et* [o] *procul, ô miſeri, quæ tanta inſania, cives?*
*Creditis avectos hoſtes? aut* ulla putatis
[p] Dona carere dolis Danaûm? [q] *ſic notus Ulyſſes?*
[r] *Aut hoc incluſi* [s] *ligno occultantur Achivi,*
*Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,*
*Inſpectura domos,* [t] *venturaq́; deſuper urbi:*
Aut aliquis latet error. *Equo ne credite Teucri.*
[u] Quicquid id eſt, timeo Danaos & dona ferẽtes.
*Sic fatus,* [x] *validis ingentem viribus haſtam*
*In latus, inq́;* [y] *feri curvam compagibus alvum*
*Contorſit. Stetit illa tremens, uteroq́; recuſſo*
*Inſonuêre cavæ gemitumq́; dedêre cavernæ,*
Et, ſi [z] fata Deûm, ſi [a] mens non læva fuiſſet,
[b] *Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.*
Trojaq́; nunc ſtares, Priamiq́: arx alta maneres.

Ecce

a) Propter perpetuam virginitatẽ. b) Cujus inſcriptio: Achivi Iliadi Minervæ ſacrum, vel ut alii, dono. c) Exitium urbi allaturum. d) Priami filius ex Arisbe, cujus uxor cum filium peperiſſet eodem die, quo Hecuba Paridem, aſſerentibus Hariolis, natum eſſe Trojæ exitio puerum, Priamus juſſit utrumque interfici; ſed matris aſtu Paris fuit ſervatus, Cilla verò uxor & Menippus filius Thymœtis interfecti. e) In ultionem crudelitatis. Doctè igitur hortationis partes Thymœtæ tribuuntur, ut doli conſcio ad ſtirpem Priami delendam. f) Trojanus princeps, nomen habens ab avo Æneæ paterno; cui decorè tribuit ſanius conſilium, tanquam viro ſuæ gentis: à quo & Capua dicitur condita. g) ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα, κ᾽ οὐκ ὀνήσιμα. Sophocl. h) Copulativa pro disjunctiva. i) Diſtrahitur animis diſſentientibus inſtabile. k) Periſſologia. l) Vates & Sacerdos Apollinis. m) Indignatione & ira percitus & concitatus. n) Acropoli, cui Præſes Pallas. o) Ellipſis. A longe, & in curſu exclamavit. q) Eſtne vobis tã malè notus Ulyſſes? r) Hæ disjunctivæ plures ſimul poſſunt eſſe veræ, quia conſtant membris ſubordinatis. ſ) Tapinoſis. t) Oppreſſura urbem, utpote ejus mœnibus altior. u) Formula Lucretio familiaris in ſignificatione rei dubiæ & ambiguæ. x) Admirabilis Poëtæ copia, in eadem re aliis atque aliis verbis explicanda. y) Quadrupedis, equi Durii. z) Si Dii non fuiſſent Trojanis contrarii. a) Mens læva proverbii loco uſurpatur, in eos, qui peſſima pro optimis ſectantur & deligunt, optima rurſum ut peſſima repudiantes. b) Enallage modi. Impuliſſet.

# TAB II.

**Trojanorum Oſcitatio in equi introducendi**

- 1. Suaſione,
  - 1. in genere admirantium
    - 1. donum Minervæ. 2 molem equi.
  - 2. in ſpecie, Thymœtis, cujus
    - 1. Forma jubet equum
      - 1. duci intra muros.
      - 2. locari in arce.
    - 2. Impulſiva aut
      - 1. doli conſcientia.
      - 2. Fati providentia.
- 2. Diſſuaſione
  - 1. minùs principali, Capys, & aliorum,
    - 1. ab adjuncta ſaniori mente.
    - 2. ab impulſiva, ſuſpicione inſidiarum & noxii doni.
    - 3. à forma equũ, aut
      - 1 in mare præcipitandum.
      - 2 igni comburendum. 3. aperiendũ
    - 4. ab effecto, cõtrariis vulgi ſententiis, p Epiphonema.
  - 2. Principali Laocoontis,
    - 1. ab adjuncto
      - 1. magno comitatu. 2. ardentis ex arce decurſu.
    - 2. à forma
      - 1. dicti, cujus
        - 1. Exordium per Exclamationem, à civium
          - 1. miſeria.
          - 2. inſania.
        - 2. Propoſitio, ſtultè creditis
          - 1. hoſtes avectos.
          - 2. dona carere dolis.
        - 3. Ratio, ab exemplo Vlyſſis verſuti.
        - 4. Expolitio p diſtributionem, aut
          - 1. Græci ſunt equo incluſi.
          - 2. machina in Trojam fabricata.
          - 3. continet equus proditores.
          - 4. alius latet error.
        - 5. Complexio per
          - 1. Epiphonema: equo ne credite.
          - 2. Noema: timeo dona hoſtium.
      - 2. facti, contorquentis equum,
        - 1. ab inſtrumentali cauſa, validis viribꝰ, haſtâ.
        - 2. à ſubjecta parte, in latus, alvum.
        - 3. ab effectu, tremore, ſonitu.
    - 3. ab effecto, contemptu ſani conſilii,
      - 1. ab impulſiva, niſi obſtitiſſet
        - 1. Fati neceſſitas.
        - 2. mentis cæcitas.
      - 2. à forma, impuliſſet Trojanos equum corrumpere.
      - 3. ab effecto, per Epiphonematicam Apoſtrophen
        - 1. ſtares Troja.
        - 2. maneres Ilium.

[a] *Ecce manûs juvenem interea poſt [b] terga revinctũ*
*Paſtores magno ad regem clamore trahebant*
[c] *Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus ultrò,*
*Hoc [d] ipſum ut [e] ſtrueret, Trojamq́; aperiret Achivis,*
*Obtulerat, fidens animi, [f] atq;* in utrumq; paratus,
*Seu [g] verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti.*
*Undiq́; viſendi ſtudio Trojana juventus*
[h] *Circumfuſa ruit: certantq́; illudere capto.*
*Accipe nunc [i] Danaûm inſidias: &* crimine ab [k] uno
Diſce [l] omnes.
*Namq́; ut conſpectu in medio [m] turbatus inermis*
*Conſtitit, atq́; [n] oculis Phrygia agmina [o] circũſpexit:*
*Heu, [p] quæ nunc tellus (inquit) quæ me æquora*
*poſſunt*
*Accipere? aut quid jam miſero mihi deniq́; reſtat?*
*Cui neq́; [q] apud Danaos usquã loc9, [r] & ſuper ipſi*
*Dardanidæ infenſi [ſ] pœnas cum ſanguine poſcunt.*
*Quo [t] gemitu converſi animi, compreſſus & omnis*
[u] *Impetus. Hortamur fari, [x] quo ſanguine cretus?*
*Quidvé ferat, memoret? [y] quæ ſit fiducia capto?*
*Ille hæc, [z] depoſita tandem formidine, fatur:*

a) Attentiõis vim habet hæc particula, ſingulare quippiam promittens, Sinonis offucias.
b) Enallage numeri.
c) Patronymicum, pro primitivo.
d) Has inſidias. e) Metaph. à cæmentariis & fabris.
f) Phraſis hæc in proverbium abiit, quo notamus hominem, ad utramque fortunam inſtructũ, ludicris pariter ac ſeriis accommodatum, qui foro ſcit uti.
g) Exercere.
h) Metaphora. Concurrit illuſura capto.
i) Attentionis redintegratio, ab univerſæ gentis ingenio, ex uno Sinone cognoſcendo, ad conſutæ fraudis exordium.
k) Ab uno crimine, ex uno crimi-noſo, conjecturam fac univerſæ gentis. Unum cognoris, omnes noveris. Refertur hic verſus inter ſchemata proverbialia, quo monemur ex unius eventus experimento, reliquorum ſimilium conjecturam facere. Suidas tamen diverſum ejus uſum indicat, in eos dici, qui perperam ex uno quopiam æſtimant omnia.
l) Quaſi dicat argumentatus à minori: Si unus Sinon tantum potuit efficere, quid multos vel plurimos Græcos facere poſſe exiſtimabis?
m) Quaſi turbatus.
n) Pleonaſmus. o) Venuſtè Hypotypoſin fictè turbati hominis ſpondaico verſu exprimit.
p) Orditur fundamenta doli ficta querela, ut affectum benevolentiæ ſibi, Græcis odium conciliet.
q) Nusquam tuta fides. r) Aliis, inſuper ſ) Tormenta & mortem.
t) Tribuit Poëta ubique pietatem ſimplicitatemque animi Trojanis, ut contrà Græcis impietatem & fraudulentiam. u) Qui in Sinonis ferebatur interitum.
x) Quibus parentibus natus; nam Græcum eſſe conſtabat. y) Quid ſit illud, quod ipſi fiduciam apud hoſtes capto pariat; ut putet à Trojanis eſſe ſibi parcendum.
z) Conciliata benevolentia, depoſita omni formidine viam ſternit ad captandam Fidem.

*Conſilia ſunt Sinonis offuciæ, quibus*

- *1. Captat, quaſi per gradus Trojanorum*
  - *1. Benevolentiam,*
    - *1. Simulata captivitate,*
      - *1. ab habitu, ligatis à tergo manibus.*
      - *2. ab efficiente, paſtoribus Trojanis.*
      - *3. à forma, magno clamore trahebatur ad regem.*
      - *4. ab occaſione, ultronea oblatione.*
      - *5. à fine, ut*
        - *1. læſionem equi caveret.*
        - *2. Trojam proderet.*
      - *6. ab adjuncta audacia,*
        - *1. in genere, in utramq; partem paratus,*
        - *2. in ſpecie, vel ad dolos, vel ad mortem.*
      - *7. ab effectu, confluxu juventutis Trojanæ, ſtudio*
        - *1. viſendi.*
        - *2. illudendi.*
    - *2. Verſuta calliditate, qua*
      - *1. proponitur Epiphonemate, de univerſæ gentis ingenio, ex uno Sinone cognoſcendo.*
      - *2. probatur*
        - *1. Hypotypoſi*
          - *1. perturbationis, à loco, habitu, ſitu.*
          - *2. circumſpectionis, ab objecto.*
        - *2. Proſopopœia querelæ, cujus*
          - *1. Protaſis, per Exclamationem, qua*
            - *1. optat deglutiri à terra, abſorberi à mari.*
            - *2. deſperat de ſalute ſua.*
          - *2. Ætiologia, quia non invenio*
            - *1 gratiã populariũ.*
            - *2. veniam hoſtium.*
    - *3. Trojanorum credulitate, cujus*
      - *1. Forma*
        - *1. animorum converſio.*
        - *2. impetus compreſſio.*
        - *3 loquendi conceſſio, de genere, fortuna, fiducia.*
      - *2. Effectus, depoſita formido Sinonis.*
  - *2. Fidem. 3. Miſericordiam. vid. ſeqq.*
- *2. Inſinuat equum. vid. ſeqq.*

[a] *Cuncta equidem tibi, rex, fuerint quæcunq́, fatebor*
*Vera, inqait:* [b] *neq́ me Argolicâ de gente negabo:*
*Hoc primum.* [c] Nec, ſi miſerum fortuna [d] Sinonem
Finxit, vanũ etiam mendacẽq́, improba finget.
*Fando* [e] *aliquid ſi fortè tuas pervenit ad aures*
[f] *Belidæ nomen Palamedis, & inclyta famâ*
*Gloria: quem* [g] *falsâ ſub proditione Pelaſgi*
*Inſontem, infando indicio,* [h] *quia bella vetabat,*
Demiſere neci: [i] nunc caſſum lumine lugent.
*Illi me comitem,* [k] *& conſanguinitate propinquum.*
[l] *Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis.*
*Dum ſtabat* [m] *regno incolumis, regnumq́ vigebat*
*Conſiliis,* & nos aliquod nomenq́; decusq́;
Geſſimus: *invidiâ poſtquam* [n] *pellacis Vlyſſi*
[o] *(Haud ignota loquor)* [p] *ſuperis conceſſit ab oris,*
[q] *Afflictus vitam in tenebris luctuq́ trahebam,*
*Et caſum inſontis* [r] *mecum indignabar amici.*
[ſ] *Nec tacui demens: & me fors ſi qua tuliſſet,*
*Si patrios unquam remeaſſem victor ad Argos,*
[t] *Promiſi ultorem, & verbis* [u] *odia aſpera movi.*
[x] Hinc mihi prima mali labes: [y] *hinc ſemper Vlyſſes*
*Criminibus* [z] *terrere novis: hinc ſpargere voces*
*In vulgum* [a] *ambiguas, & quærere conſcius* [b] *arma.*
*Nec requievit enim, donec* [c] *Calchante* [d] *miniſtro.*
[e] *Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?*
*Quidvé moror?* [f] *ſi omnes uno ordine habetis Achivos,*
*Idq́* [g] *audire ſat eſt, jamdudum ſumite pœnas:*
*Hoc* [h] *Ithacus velit, & magno mercentur* [i] *Atridæ.*

a) Mirabile eſt hujus orationis artificium. b) Verum fatetur, & ſic fidem conciliat, quò & eandẽ ſequentia mereantur. c) Quanquam miſer ſum, tamen non mendax. Mirus artifex, ubi ſe veracem profitetur, tum maximè mentitur, dolis ita cõſarcinatis, ut falſis vera miſceat, hæc illis fidem faciant. d) Pathos à proprio nomine ἐμφατικώτερον in tertia perſona. e) Si fama tuas pervenit ad aures de nomine aliquo Palamedis. f) Ex Amymone Beli filia Neptunus genuit Nauplium Palamedis patrem. g) Cujus prudentiæ cùm inviderit Ulyſſes, detectus ab ipſo inſaniæ ſimulatæ, atque in frumentatione illo inferior, ſtruxit Palamedi inſidias, accuſavit proditionis, prolatis literis adulterinis, & auro, quod in illius tentorio abſconderat, effoſo, unde à Græcis Palamedes eſt ſaxis obrutus. h) Falſum hoc eſt, ſed facit ad Sinonis commendationem. i) Falſum & hoc, ſed fidem facit ſententia: Virtutem incolumen odimus, ſublatam ex oculis quærimus. k) Falſum. Nam Ulyſſis erat propinquus, filius Æſimi, fratris Anticleæ, quæ mater Ulyſſis. l) Imbellis, vel paupertate ad militiam adactus. m) Palamedi ſubinde delatum eſt ſummum imperiũ, Agamemnoni abrogatum. n) Fallacis. o) Trojanis nota erat mors Palamedis. p) Interemptus. εὐφημισμός.

*Tum*

q) Falſum hoc, at affectus movet. r) Tacitus. ſ) Impatientia doloris. t) Minatus ſum. Catachreſis. u) Emphaſis. Concitavi mihi odiũ Ulyſſis hoſtis veſtri. x) Pathetica exclamatio. y) Anaph. y) Enall. modi. *a)* Periculoſas & capitales. Porrò quòd Maſculino genere effert vulgꝰ, placet Servio. *b)* Dolos, artes, quibꝰ me opprimeret. *c)* Vate & Augure præſtantiſſimo. *d)* Apoſiopeſis. Calchantis miniſterio me deſtinaſſet aræ. *e)* Miro artificio rurſum abrumpit narrationem Epanorthoſi. *f)* Si omnes Græcos eodem in numero & cenſu habetis, nihil valebit ad gratiam, quæ prætera dicturꝰ eram in rem veſtrã. *g)* Me eſſe Græcũ. *h)* *Mea morte gratificabimini hoſti Vlyſſi Ithaco.* *i)* *Antonom. Atrei filii.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0016-6

# TAB. IV.

Captatio Fidei conſtat

- 1. Propoſitione, qua promittit veram relationem
  - 1. indefinitè omnium.
  - 2. definitè, de ſua gente.
- 2. Ratione, à contrariis, quia non eſt ejusdem eſſe 1. miſerum. 2. mendacem.
- 3. Approbatione, odio Græcorum in ſe, cujus
  - 1. Occaſio eſt Palamedis
    - 1. Fama per periphraſin. 2. Proſapia Beli. 3. Gloria celebris.
    - 4. Fortuna, cujus
      - 1. antecedens culpa
        - 1. ficta, proditio.
        - 2. vera, belli diſſuaſio.
      - 2. inſequens pœna, ſupplicium mortis.
      - 3. conſequens Græcorum pœnitentia & luctus.
  - 2. Cauſa, ex morte Palamedis,
    - 1. indignatio, à ſua
      - 1. familia quòd eſſet Palamedis 1. comes. 2. conſanguineus.
      - 2. militia, cujus 1 impulſiva paupertas. 2. adjuncta ætas tenera.
      - 3. fortuna
        - 1. proſpera, à
          - 1. cauſa, regno Palamedis 1. ſtante. 2. vigente.
          - 2. ab adjuncta gloria.
        - 2. adverſa
          - 1. à cauſa, Vlyſſis invidia.
          - 2. ab objecto, morte Palamedis.
          - 3. ab effecto, vita 1. luctuoſa. 2. indignabunda.
    - 2. comminatio
      - 1. ad adjuncta dementia.
      - 2. ab occaſione
        - 1. oblatæ fortunæ.
        - 2. reditus in patriam.
      - 3. à forma, promiſit ſe fore ultorem.
      - 4. ab effecto, commoto in ſe odio.
  - 3. Conſilia Vlyſſis, quorum
    - 1. Propoſitio per Epiphonema: hinc mihi malum.
    - 2. Ratio, per congeriem,
      - 1. criminationes.
      - 2. accuſationes.
      - 3. capitales inſidiæ.
    - 3. Expolitio, ab adminiſtra cauſa Calchante, ꝑ Apoſiopeſin actus, ut deſiderio audiendi accenſos fallat.
- 4. Complexione, per
  - 1. Correctionem, ſed cur ſum moleſtus?
  - 2. Occupationem, ſi omnes Græcos eodem habetis ordine.
  - 3. Permiſſionem: ſumite pœnas.
  - 4. Ominationem; gratum id erit Vlyſſi, Agamemnoni & Menelao.

*Tum vero [a] ardemus ſcitari, & quærere cauſas,*
*Ignari ſcelerum tantorum, artisque Pelaſgæ,*
*Proſequitur [b] pavitans, & ficto pectore fatur:*
*[c] Sæpe fugam Danai Trojâ cupiêre relictâ*
*[d] Moliri, & longo [e] feſſi diſcedere bello.*
*Feciſſentq; utinam! ſæpe illos aſpera ponti*
*Intercluſit [f] hyems, & terruit [g] auſter [h] euntes.*
*Præcipuè quum jam hic trabibus contextus [i] acernis*
*Staret equus, toto ſonuerunt æthere [k] nimbi.*
*Suſpenſi [l] Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi*
*Mittimus. Isq; [m] adytis hæc [n] triſtia dicta reportat:*
*Sanguine placaſtis ventos, & virgine [o] cæsâ,*
*Quum primùm [p] Iliacas Danai veniſtis ad oras:*
*[q] Sanguine quærendi reditûs, [r] animaq; litandum*
*Argolicâ.* Vulgi quæ vox ut venit ad aures,
Ob ſtupuêre animi: [s] gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor, *cui [t] fata parent, quem poſcat [u] Apollo.*
*Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu*
*[x] Protrahit in medios: quæ ſint ea numina divûm*
*Flagitat? Et mihi jam multi crudele [y] canebant*
*Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant*
*Bis quinos ſilet ille dies: [z] tectusque recuſat*
*Prodere voce ſuâ quenquam, aut [a] opponere morti.*
*Vix tandem magnis Ithaci clamoribus [b] actus,*
*[c] Compoſitò [d] rumpit vocem, & me deſtinat [e] aræ.*
*Aſſensêre omnes:* & quæ ſibi quisq; timebat,
[f] Unius in miſeri exitium [g] converſa tulêre.

a) Metaphora emphatica admirabile ſciſcitandi ſtudium oſtēdit, graphicè humanum ingenium depingens.
b) Simulato pavore.
c) Aliquoties.
d) Parare. Difficultatem notat.
e) Favorem conciliat dicendo Græcos virtute Trojanorum fatigatos.
f) Tempeſtas maris.
g) Qui Græcis navigaturis erat adverſus; vel Synecd. ſpeciei.
h) Iturientes, iter ingredientes.
i) Synecdoche licentioſa acer pro abiete ponit. Caſu, an conſilio, dubitatur.
k) Tempeſtates, caligine, tonitru, fulgure miſtæ, quæ religionem iniecerunt, & navigandi metum.
l) Vatem & Augurem celebrem.
m) Sacris penetralibus.
n) Horrenda.
o) Iphigenia Agamemnonis filia, quam poſcebat Diana pro cerva ab eodem occiſa, cujus tamen Dea miſerta, cervam illius loco ſubmiſit.
p) In Aulidem.
q) Græci alicujus immolatione.
r) Sacrificio humano placandum numen.
ſ) Periphraſis timoris.
t) Exitium, mortem.
u) Apollinis oraculum. Metonym.
x) Invitum, vel ſimulatè reſiſtentem.
y) Prædicebant.
z) Domi ſuæ aditus.
a) Objicere.
b) Coactus.
c) Ex compacto, non Oraculi juſſu, ſed Ulyſſis impulſu.
d) Erumpit in vocem, post diuturnum ſilentium. Nam vocem rumpere eſt ſilere.
e) Victimæ.
f) Mirum pathos.
g) Converterunt.

ἓν δὶς.

Captatio miſericordiæ fit narratione

- 1. Injuriæ ſibi intentatæ,
  - 1. ab impulſiva
    - 1. interna deſiderio ſciendi.
    - 2. externa, fraude Sinonis incognita.
  - 2. a geſtu,
    - 1. trepida inſecutione.
    - 2 ficta elocutione.
  - 3. à forma, cujus partes ſunt
    - 1. Cauſa, Fuga Græcorum
      - 1. tentata ſæpius,
        - 1. à ſubjecto termino à quo, Troiâ relicta.
        - 2. ab impulſiva, fatigatione belli.
        - 3. ab adjuncto, voto ficto.
      - 2. impedita,
        - 1. indefinitè, à
          - 1. tempeſtatibus maris.
          - 2. ventis contrariis.
        - 2. definitè,
          - 1. ab adjuncto tempore confecti equi, à materia.
          - 2. à cauſa, immani tempeſtate.
    - 2. Conſilia ab Oraculo
      - 1. petita, à cauſa
        - 1. impulſiva, ſuſpenſione animi.
        - 2. inſtrumentali, legato Eurypylo.
        - 3. principali, Apolline.
      - 2. reddita;
        - 1. à forma, cujus
          - 1. propoſitio triſte habet reſponſum.
          - 2. ratio per cōparat.
            - 1. Protaſin, ſanguine
              - 1. virginis cæſa placaſtis ventos.
              - 2. cæpiſtis bellum Trojanum.
            - 2. Apodoſin ſanguine
              - 1. quærendus reditus.
              - 2. mactati Græci.
        - 2. ab effecto vulgi
          - 1. conſternatione
            - 1. ab impulſiva, audito reſponſo.
            - 2. à forma,
              - 1. animi ſtupore.
              - 2. corporis tremore.
          - 2. addubitatione, de ſubjecto mactando.
    - 3. Actus
      - 1. definitus
        - 1. Vlyſſis
          - 1. vatem protrahentis.
          - 2. interpretationem flagitantis.
        - 2. Familiæ Sinonis, quæ ipſi
          - 1. aperiebat Vlyſſis inſidias.
          - 2. prædicabat eventura.
        - 3. Calchantis,
          - 1. ad adjuncta
            - 1. diſſimulatione.
            - 2. tergiverſatione.
          - 2. ab impulſiva, Vlyſſis coactione & compacto.
      - 2. indefinitus, aſſenſus omnium, quo
        - 1. quæ ſibi quiſq; timebat
        - 2. in unum Sinonem contulêre.
- 2. Fugæ ſuſceptæ. vid. ſeq.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0019-6

*Jamq; dies [a] infanda aderat: mihi ſacra [b] parari,*
*Et [c] ſalſæ fruges, & circum tempora [d] vittæ.*
*[e] Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi,*
*Limoſoq; lacu per noctem [f] obſcurus in ulva*
*Delitui, dum vela darent: [g] ſi fortè dediſſent.*
*Nec mihi jam [h] patriam antiquã ſpes ulla videndi,*
*Nec [i] dulces natos, exoptatumq; parentem:*
*Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent*
*[k] Effugia, & culpã hanc [l] miſerorũ morte piabunt.*
[m] Quod te per ſuperos & [n] conſcia numina veri,
[o] Per, ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus us-
Intemerata fides, oro: [p] miſerere laborũ (quam,
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.
*His lacrymis vitã damus, & miſereſcimus [q] ultrò.*
*Ipſe viro primus [r] manicas, atq; arcta levari*
*Vincla jubet [ſ] Priamus: dictisq; ita fatur amicis:*
*[t] Quisquis es (amiſſos hinc jam obliviſcere Grajos)*
*[u] Noſter eris: mihiq; hæc ediſſere vera roganti.*
*[x] Quò molem hanc immanis equi ſtatuêre? quis*
*[y] autor?*
*Quidvè petunt? quæ [z] relligio? aut quæ machina*
*Dixerat.* —— —— *(belli?*

*Ille*

a) Deteſtanda proditionis & occiſionis meæ.
b) Cœperunt.
c) Mola ſalſa, far toſtum, ſale miſtum, quo frons victimæ, foci, cultri aſpergebantur; unde immolare eſt ſacrificare.
d) Faſciæ, quibus victimæ obnubebantur.
e) Fugi, non reverentiam numinis, non culpam criminis, ſed innocens crudeliſſimam mortem, ne ea gauderet inimicus.
f) Hypall. Per obſcuram noctem.
g) Dubitabat enim, an nondum placato numine vela dare poſſent.
h) Argos, vel patriam priſtinam, charam.
i) Pathos ab exilii calamitate, liberorum & parentum orbitate, vindictæ in immerentes expectandæ crudelitate.
k) Fugam.
l) Mirum in modum affectus movet ſua ſuorumque miſeria.
m) Peroratio affectuum plena
n) Amphibolum hoc eſt, non ut coarguat, ſe per omnia narraſſe vera; ſed obteſtatur regem per Deos, omnis veritatis conſcios, qui bonos reſpiciunt & curant, malos puniunt.
o) Per intemeratam fidem.
p) Anaphora, ut & in Per.
q) Non ſponte, ſed jam rogati inſuper miſericordiam adhibemus.
r) Vinculi genus, quo manus vinciuntur.
ſ) Culpam omnem in Priami temeritatem rejicit.
t) Alluſum ad verba Imperatoris Romani transfugam in fidem recipientis.
u) Civis noſter, juris noſtri.
x) Quo fine hunc equum conſtruxerunt ingentem?
y) Quis fabricator ille ingenioſus?
z) Num religionis, an belli cauſa, facta eſt hæc machina?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0020-8

**Narratio Fugæ ſuſceptæ conſtat**

- 1. Impulſiva, imminente internecione,
  - 1. ab adjuncto tempore, die infanda.
  - 2. ab inſtrumentis & apparatu proditioſæ litationis,
    - 1 ſacris.
    - 2. mola ſalſa.
    - 3. vittis.
- 2. Subjecto termino
  - 1. à quo, eripui me letho & vinculis.
  - 2. ad quem, lacum limoſum & ulvam.
- 3. Fine, ut laterem, donec abiiſſent Græci.
- 4. Effecto, per Pathopœiam, ratione
  - 1. ſui ipſius, adempta ſpes videndi
    - 1. patriam.
    - 2 liberos.
    - 3 parentem ſuperſtitem.
  - 2. ſuorum, quibus ultio Græcorum metuenda,
    - 1. à culpa ſua.
    - 2. ab innocentia ſuorum.
- 5. Adjuncta ſupplicatione, cujus
  - 1. Forma conſtat obteſtatione per
    - 1. Superos.
    - 2. Numina veritatis.
    - 3. Fidem hominum.
  - 2. Finis, ut Priamus miſereretur ſuæ
    - 1. miſeriæ.
    - 2. innocentiæ.
  - 3. Effectus
    - 1. Omnium in genere commiſeratio.
    - 2. Regis in ſpecie, qui
      - 1. jubet ejus vincula ſolvi.
      - 2. alloquitur eum amicè.
      - 3. recipit in fidem.
      - 4. ſciſcitatur
        - 1. in genere, veritatem.
        - 2. in ſpecie, de equi
          - 1. conſilio.
          - 2. authore.
          - 3 fine, an
            - 1. religionis?
            - 2. belli?

Ille, dolis inſtructus & arte [a] Pelasgâ,
Suſtulit exſutas vinclis ac ſidera palmas.
Vos [b] æterni ignes, & non violabile [c] veſtrum
[d] Teſtor numen, ait: vos aræ, [e] enſesq́; nefandi,
Quos fugi, vittæq́; deûm, quas [f] hoſtia geſſi:
Fas mihi Graiorum [g] ſacrata reſolvere jura,
Fas odiſſe viros, atq́; omnia [h] ferre ſub auras,
Si qua [i] tegunt: [k] teneor patriæ nec legibus ullis.
Tu modò [l] promiſſis maneas, [m] ſervataq́; ſerves
Troja fidem: ſi vera feram, [n] ſi magna rependam.
Omnis ſpes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis ſemper ſtetit. [o] Impius ex quo
[p] Tydides ſed enim, [q] ſcelerumq́; inventor Ulyſſes,
[r] Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis
Corripuêre ſacram effigiem: [s] manibusq́; cruentis
Virgineas auſi divæ contingere vittas:
Ex illo [t] fluere, ac retrò ſublapſa [u] referri
Spes Danaum: fractæ vires, [x] averſa deæ mens.
Nec dubiis ea ſigna dedit [y] Tritonia monſtris:
[z] Vix poſitum caſtris ſimulacrum, arsêre coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, [a] ſalſusq́; per artus
Sudor iit: terq́; [b] ipſa [c] ſolo (mirabile dictu)
[d] Emicuit, parmamq́; ferens haſtamq́; [e] trementē.

a) Mala, vafra, fraude Græcis propria.
b) Lumina cœleſtia, ſidera; ad quæ ſuſpiciens palmas ſuſtulit.
c) Veſtales nonnulli volunt ignes intelligi, quia in quibusdam legitur: & non violabile Veſtæ Teſtor Numen.
d) Jurantes per Deos utebantur verbo Teſtor,
e) Cultri nefariè mihi intentati.
f) Cùm eſſem victima aræ deſtinata.
g) Eiurare Græcos & Sacramenta eorum, quibus obligor; nam in ſpecie Sacramenti militaris religione videbatur obſtrictus.
h) In lucem proferre, prodere, propalare ac detegere ſine reſpectu.
i) Quæcunque Græci tecta & ſecreta habent. Vel teguntur, per Heteroſin generis.
k) Non ampliùs obſtrictus ſum patriæ.
l) Helleniſmus ὑποσχέσεσιν ἐμμένειν καὶ ὅρκοις.
m) Polyptoton.
n) Beneficii compenſationem.
o) Synchyſis. Ordo eſt: Sed enim ex quo Tydides impius, &c.
p) Diomedes Tydæi filius.
q) Qui nunquam niſi ſceleratiſſima invenit facinora.
r) De quo in fatis erat, Trojam per id fore invictam, quamdiu illud haberet.
ſ) Quod ſummum erat nefas.
t) Enallage. u) Dilabi.
x) Pallas indignata.
y) A Tritone Africæ vel Libyæ palude vel amne, in quo vel eſt nata, vel apparere viſa, qua de re Auguſtinus de Civitate ſcribit. z) Simul atque poſitum fuit in caſtris. a) Epitheton nativum. Eſt enim omnis ſudor ſalſus, quia dulciſſima alimentorum parte ad corpus nutriendum ſumpta, aquæ portiones reliquæ (urina & ſudor) terreis admixtæ, ſalſedinem faciunt. b) Ipſa Dea, non ejus ſimulacrum.
c) Per terram. d) Reſplendens apparuit. e) Scuto minans & haſta.

Extem-

Inſinuat equum à Palladis

- 1. Offenſione cujus narratio conſtat
  - 1. Adjunctis,
    - 1. calliditate Græcorum propria.
    - 2. geſtu, ſublatis ad cœlum palmis.
  - 2. Forma, cujus
    - 1. Exordium captat benevolentiam,
      - 1. à pio, ſeu obteſtatione
        - 1. ſiderum.
        - 2. ara & cultri, quem fugi.
        - 3. vittæ, quam cædendus geſſi.
      - 2. ab honeſto, cujus
        - 1. propoſitio per expolitionem, ſit mihi fas Græcorum
          - 1. jura reſolvere.
          - 2 viros odiſſe.
          - 3. arcāa prodere.
        - 2. ratio, quia jure belli ſolutus ſum legibus patriis.
      - 3. ab utili ſeu hoſtimēto, cujus
        - 1. Propoſitio per Anaſtroph & expolit. tu Troja
          - 1. ſta promiſſis.
          - 2. ſerva fidem
        - 2. ratio, quia
          - 1. vera dicam.
          - 2 magna rependam.
    - 2. Propoſitio de Fortuna Græcorum
      - 1. integra
        - 1. ab objecto, belli cœpti ſpe & fiducia.
        - 2. à cauſa, Palladis auxiliis.
      - 2. mutata, cujus
        - 1. cauſa eſt ſacrilegium
          - 1. ab authoribus ſceleratis;
            - 1. Diomede.
            - 2. Vlyſſe.
          - 2. à ſubjecto loco, templo Palladis.
          - 3. ab adjuncta cæde cuſtodum.
          - 4. ab objecto, effigie Palladis.
          - 5. ab inſtrumento, manibus cruentis.
        - 2. effectum,
          - 1. ſpes lapſa.
          - 2. vires fractæ.
          - 3. Palladis ira.
    - 3. Ratio à ſignis iratæ Palladis
      - 1. in genere
        - 1. ab adjunctis monſtris.
        - 2. à ſubjectis caſtris.
      - 2. in ſpecie per Congeriem,
        - 1. oculorum ardore.
        - 2. corporis ſudore.
        - 3. mirabili ſplendore.
        - 4. ſcuti & haſtæ tremore.
- 2. Reconciliatione. vid. ſeq.

*Extemplò*[a] *tendanda fugâ canit æquora Calchas:*
*Nec poſſe*[b] *Argolicis exſcindi*[c] *Pergama telis,*
[d] *Omina ni repetant Argis:*[e] *numenq́; reducant,*
*Quod pelago, & curvis ſecum advexêre*[f] *carinis.*
*Et nunc, quòd patrias vento petiêre*[g] *Mycenas,*
*Arma deosq́; parant comites: pelagoq́;*[h] *remenſo*
[i] *Improviſi aderunt. Ita*[k] *digerit omina Calchas.*
[l] Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo
Effigiem ſtatuêre,[m] nefas quæ triſte piaret:
*Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem*
*Roboribus textis, cæloque educere juſſit:*
[n] *Ne recipi portis aut duci in mœnia poſſit,*
[o] *Neu populum antiquâ ſub relligione tueri.*
[p] *Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Minervæ,*
*Tum magnum exitiũ*[q] (quod dii prius omẽ in ipſum
Convertant) *Priami imperio, Phrygibusq́, futurum:*
*Sin manibus veſtris veſtram aſcendiſſet in urbẽ,*
*Ultrò*[r] *Aſiam magno*[ſ] *Pelopeia ad mœnia bello*
*Venturam, & noſtros ea fata manere*[t] *nepotes.*
*Talibus*[u] *inſidiis, perjuriq́; arte Sinonis*
*Credita res: captiq́; dolis, lacrymisq́;*[x] *coactis,*
*Quos neq́;*[y] *Tydides nec*[z] *Lariſſæus Achilles,*
Non[a] anni domuêre decem, non[b] mille carinæ.

a) Per mare fugam ſuadet in Patriam.
b) Græcis armis.
c) Arces Trojanas, pro ipſa Troja, Synecd.
d) Niſi de novo petant Argis auſpicia, quia ſub prioribus illis infeliciter ceſſit bellum. Alluſum ad diſciplinam Romanorũ, quorum duces, ſi quando infeliciter pugnaſſent, ab exercitu repetendorum auſpiciorum gratia Romam redibant.
e) Palladium in Græciam aſportatum reducant. Aliis placet: numen læſum reconcilient.
f) Navibus. Synecd. partis.
g) Græciam.
h) Metaphora.
i) Quod nimis improviſò factum eſt
k) Sic interpretatur numinis commotionem.
l) Molem equi lignei fecere Oraculo moniti.
m) Sacrilegium Ulyſſis & Diomedis, & profanationem Palladii.
n) Equi inducendi injecta deſperatione, magis injicit introducendi cupiditatem.
o) Favore priſtino tutelam populo colenti præſtare.
p) Religionem incutit Trojanis, ut à violando equo man9 cõtineant.
q) Ficta imprecatio, ne ſuis adhuc favere videatur.
r) Pro Aſiaticis ſi ſumas, Metonymia eſt; pro Phrygia, Synecdoche.
ſ) Græcorum urbes, per Antonomaſiam. Pelops enim Tantali filius Peloponneſo nomen fecit.
t) Poſteros. u) Bene ait: inſidiis; ut oſtendat, non virtute ſuperatos, ſed dolis.
x) Arte expreſſis, non ſponte fluentibus. Sic Terent. in Eun. Hæc verba, una mehercle falſa lachrymula, quam oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit, reſtinguet.
y) Diomedes Tydæi filius, per Antonom. z) Lariſſa Theſſaliæ oppidum, cujus in vicinia fuit Phthia Achillis patria. a) Decenne bellum. b) Synecdoche numeri certi pro incerto. Eſt & pulchra gradatio, & Epiphonema de efficacitate eloquentiæ, quâ nihil peſtilentius, ſi in Sinonem aliquem inciderit.

Hic

## TAB. VIII.

- **Palladis reconciliatæ narratio conſtat**
  - 1. Conſiliis Calchantis de
    - 1. maturanda fuga, ubi
      - 1. Propoſitio ſuaſoria, ut Græci extemplo obſidionem ſolvant.
      - 2. Ratio, à difficili, Græcos
        - 1. Trojam non poſſe ſuperare.
        - 2. niſi
          - 1. repetiverint Argos.
          - 2. reduxerint in locum ſuum Numen ſecum advectum.
      - 3. Expolitio à loco
        - 1. à ſubjecto, Mycenis.
        - 2. à fine, ut potentiores redeant
          - 1. Armis.
          - 2. Diis.
      - 4. Complexio conſtat
        - 1. improviſi reditus promiſſione.
        - 2. Calchantis diſpoſitione.
    - 2. extruendo equo, cujus
      - 1. finis eſt piaculum pro
        - 1. Palladio.
        - 2. Numine læſo.
      - 2. materia
        - 1. in genere, moles immenſa.
        - 2. in ſpecie, robora ſecta.
      - 3. forma, à quantitatis
        - 1. termino, ingenti altitudine.
        - 2. fine, ne poſſit
          - 1. recipi portis.
          - 2. in mœnia duci.
          - 3. Trojanos tueri.
  - 2. Adjuncta Sinonis,
    - 1. diſſuaſione violationis,
      - 1. ab objecto, dono Minervæ. (imprecationis.
      - 2. ab effecto, futuro Trojæ exitio, per Parenthesin
    - 2. perſuaſione introductionis, cujus
      - 1. antecedens, ſi ultrò manibus veſtris receperitis equum.
      - 2. cõſequens ſpes erit, vindictæ, belli
        - 1. ab Aſia Græciæ inferẽdi.
        - 2. Græcorum nepotibus expectandi
  - 3. Effectu, credulitate Trojanorum ab indigno, per collationem Epiphonematicã.
    - 1. minorum: vicerunt Trojam
      - 1. inſidiæ.
      - 2. doli.
      - 3. lachrymæ.
    - 2. majorum, quæ non potuit vinci
      - 1. à cauſis, Diomede, Vlyſſe.
      - 2. à tempore decenni.
      - 3. à claſſe potenti.

Hîc aliud [a] majus miſeris multoq́; tremendum
Objicitur magis, atq́; improvida pectora turbat.
[b] *Laocoon,* [c] *ductus Neptuno ſorte ſacerdos,*
*Solennes taurum ingentem mactabat ad* [d] *aras.*
*Ecce autem, gemini a Tenedo* [e] *tranquilla per alta*
*( Horreſco referens )* [f] *immenſis orbibus* [g] *angues*
*Incumbunt pelago, pariterq́; ad littora tendunt:*
*Pectora* [h] *quorum inter fluctus arrecta, jubæq́;*
*Sanguineæ* [i] *exſuperant undas: pars cætera pontum*
[k] *Ponè legit, ſinuatq́; immenſa volumine terga.*
*Fit* [l] *ſonitus, ſpumante ſalo: jamq́;* [m] *arva tenebant,*
*Ardenteſq́; oculos ſuffecti ſanguine & igni,*
[n] *Sibila lambebant linguis* [o] *vibrantibus ora.*
*Diffugimus viſu exſangues: illi* [p] *agmine certo*
*Laocoonta petunt: & primùm* [q] *parva duorum*
*Corpora* [r] *natorum ſerpens amplexus uterq́;*
*Implicat;* [ſ] *& miſeros morſu depaſcitur artûs.*
*Pòſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem*
*Corripiunt,* [t] *ſpiriſq́; ligant ingentibus: & jam*
*Bis medium amplexi,* [u] *bis collo ſquamea circum*
*Terga dati,* [x] *ſuperant capite & cervicibus altis.*
*Ille ſimul manibus tendit divellere nodos,*
*Perfuſus ſanie vittas, atroq́; veneno,*
*Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit:*
*Quales* [y] *mugitus fugit quum ſaucius aram*
*Taurus, &* [z] *incertam excuſſit cervice ſecurim.*
*At gemini* [a] *lapſu* [b] *delubra ad ſumma dracones*
*Effugiunt,* [c] *ſævæq́; petunt Tritonidis arcem:*
*Sub pedibuſq́; deæ,* [d] *clypeiq́; ſub orbe teguntur.*

a) Frequentavit M literam lamentationi & mœſtitiæ aptam.
b) Mirè variant interpretes in familia & officio Laocoontis.
c) Erat quidem Apollinis ſacerdos, ſed quia alius certus Neptuni ſacris deerat, ille ſorte ductus erat.
d) In littore.
e) Per mare tranquillum.
f) Hypotypoſis ſerpentum.
g) Angues aquarum ſunt, ſerpentes terrarũ, dracones Templorũ.
h) Anaſtrophe. Quorum pectora.
i) Supereminent.
k) Transmittit, tranſit.
l) Serpentinam literam S frequentat hic: Sonitus, ſpumante ſalo ſuffecti, ſanguine, ſibila.
m) Littus.
n) Sibilantia.
o) Mobilibus, micantibus. Nullũ enim animal tanta celeritate linguam movet; adeò ut triplicem vel triſulcam habere videatur, cum ſit una.
p) Tractu, lapſu.
q) Tenerrima.
r) Ethronis & Melanthi.
ſ) Quantum ſupplicium erat patrem in liberis iſta intueri! quippe major pœna eſt in viſione, quàm in patientia. Hæc a. non per Hypotypoſin, ſed per Diatypoſin repræſentata eſſe docet Scal. l. 3. c. 32.
t) Nodis. Spira eſt columnæ baſis, & funis nauticus in orbem convolutus. Transfertur longius per Metaphoram ad quamcunque rem plures circulos efficientem.
u) Anaphora.
x) Supereminent.
y) Similes mugitibus.
z) Dubiè illiſam, quia certam tauro mortem non attulerit; ictu fallente, recto non impactam; quod piaculare erat auſpicium.
a) Labi ſerpentum proprium
b) Templum Palladis in arce Trojana.
c) Ulciſcentis munus ſuum à Laocoonte læſum.
d) Hujus Clypei cælaturam eleganter expreſſit lib. 8.

Tum

## TAB. IX.

Occaſio excidii Trojani eſt introductio equi, cujus

- Impulſiva eſt Laocoontis interitus, ubi
  - 1. Captatio attentionis,
    - 1. ab objecto, re nova tremenda.
    - 2. ab effecto, improvidorũ pectorum turbatione.
  - 2. Occaſio, in actu
    - 1. primo, ſacerdotale officium Neptuno ſacrum.
    - 2. ſecundo, mactatio tauri ad aras.
  - 3. Efficiens ſunt duo ſerpentes, quorum not.
    - 1. Adventus
      - 1. à ſubjecto termino
        - 1. à quo, à Tenedo.
        - 2. Per quem, per mare, cui incumbunt gyris
          - 1. horrendis dictu.
          - 2. immenſis viſu.
        - 3. ad quem, ad littora.
      - 2. à forma, per Hypotypoſin & diſtributionem partis
        - 1. anterioris, 1. pectora arrecta. 2. criſtæ ſanguineæ.
        - 2. poſterioris,
          - 1. à forma
            - 1 tranant mare.
            - 2. involvunt ſpiras.
          - 2. ab effectu, ſonitu maris ſpumantis.
        - 3. ſuperioris,
          - 1. oculi ardentes ſanguine & igne.
          - 2. linguæ ſibilantes & vibrantes.
      - 3. ab effecto, diffugio Trojanorum trepido.
    - 2. Actio, ab objecto,
      - 1. directo tractu petunt Laocoontem.
      - 2. duorum filiorum
        - 1. corpora tenera implicant.
        - 2. artus miſeros depaſcuntur.
      - 3. parentem invadunt,
        - 1. ab occaſione, dum vult
          - 1. filiis ſuccurrere.
          - 2. angues telis depellere.
        - 2. à forma,
          - 1. circumplicant nodis magnis.
          - 2. amplectuntur medium bis.
          - 3. circumcingunt collum bis.
          - 4. eminent capite & cervicibus.
        - 3. ab effecto, Laocoötis
          - 1. conatu irrito divellendi nodos.
          - 2. habitu, perfuſi ſanie & veneno.
          - 3. boatu, qui
            - 1. proponitur ab adjuncto & ſubjecto.
            - 2. amplificatur expoſitione tauri
              - 1. ſaucii fugientis.
              - 2. ſecurim excutientis.
    - 3. Abitus, à loco Palladis
      - 1. communi, ad 1. templum. 2. arcem.
      - 2. proprio ſub umbonem & pedes.
- 2. Actus. vid ſeq.

*Tum verò tremefacta*[a] *novus per pectora cunctis*
[b] *Inſinuat pavor, & ſcelus*[c] *expendiſſe merentem*
*Laocoonta ferunt, ſacrum qui cuſpide*[d] *robur*
*Læſerit, & tergo*[e] *ſceleratam intorſerit haſtam.*
*Ducendum ad*[f] *ſedes ſimulacrum, orandaq́; Divæ*
*Numina*[g] *conclamant.*
*Dividimus*[h] *muros, & mœnia pandimus urbis.*
[i] *Accingunt omnes operi, pedibusq́; rotarum*
*Subjiciunt*[k] *lapſus, &*[l] *ſtupea vincula collo*
[m] *Intendunt:* ſcandit fatalis machina muros
[n] *Fœta armis, circum pueri innuptæq́; puellæ*
[o] *Sacra canunt,*[p] *funemq́; manu cõtingere gaudẽt.*
*Illa ſubit, mediæq́;*[q] *minans*[r] *illabitur urbi.*
O patria! ô divûm domus Ilium, &[s] inclyta bello
Mœnia Dardanidûm![t] *quater ipſo in limine portæ*
[u] *Subſtitit, atq́; utero ſonitum quater arma dedêre.*
*Inſtamus tamen immemores,*[x] *cæciq́; furore,*
[y] *Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.*
[z] *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris*
*Ora, Dei juſſu,*[a] *non unquam credita Teucris.*
Nos[b] delubra Deûm miſeri, quibus[c] ultimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per urbem.

a) Magnus, ingens, in ſolitus.
b) Ellipſis, vel Enallage Poëtæ frequens.
c) Ab eventu conjectura; contra illud Poëtæ: careat ſucceſſibus opto, quisquis ab eventu facta notanda putet.
d) Equum Durateum, quem Poëta pro ſua licentia modò roboreũ, modò abiegnum, jam pineum, mox acernum vocat.
e) Hypallage. Sceleratus.
f) Ad templum Minervæ.
g) Concordes, atque una voce clamant. Appoſitè autem metaphorica verbi ſignificatio huc quadrat, qua de Trojâ conclamatum erat inſciis Troianis.
h) Portam Scæam, murum ambitum, mœnia munimen eſſe volunt.
i) Enallage modi.
k) Rotas, quibus devolveretur, vel laberetur.
l) Funes cannabinos vel ſtupeos.
m) Continui Spondæi quatuor de induſtria congeſti rei difficultatem notãt, & Trojanorum cæcitatem.
n) Metaphora. Impleta.
o) Hymnos.
p) Tanquam contingerent Deorũ vehicula, vel thenſas.
q) Nutans.
r) Celeritas verſûs improviſum exitium Trojæ ſignat, quod non eundo, ſed illabendo veniebat.
ſ) Totius Myſiæ domitrix.

Ver-

t) Anaphora.
u) In limine impingere ominoſum.
x) Cum fatalibus pœnis conjuncta eſt mentis occæcatio.
y) Spondæi quatuor rei difficultatem, tarditatemq́; pervenuſtè indicant.
z) Ut antea ſæpe.
a) Vaticinii munus dederat Apollo Caſſandræ virginitatis libamen pactus, qua fraudatus fidem illi vera dicendi ſuſtulit.
b) Solebant veteres diebus feſtis & lætis Deorum templa ramis ornare & velare.
c) Quoniam hæ feriæ Trojanis exitio fuerunt, ideò malè feriatos vocat eos Horatius Od. 6. lib. 4. Miſeri erant Trojani in illo Triumpho, quia extremum gaudii luctus occupavit, ut ſequitur.

*Actus introductionis conſtat*

- 1. *Conſiliis, quorum*
  - 1. *Impulſiva*
    - 1. *interna, Trojanorum tremefactio & pavor.*
    - 2. *externa, fama de Laocoontis*
      - 1. *pœna merita.*
      - 2. *culpa, quod*
        - 1. *læſerit equum.*
        - 2. *intorſerit haſtam.*
  - 2. *Forma, conclamant omnes,*
    - 1. *equum eſſe ducendum ad templum Palladis.*
    - 2. *numen Palladis eſſe exorandum.*
- 2. *Forma, per Hypotypoſin,*
  - 1. *præparationis,*
    - 1. *dividunt muros & mœnia urbis.*
    - 2. *omnes accinguntur operi.*
    - 3. *ſubjiciunt pedibus rotas.*
    - 4. *injiciunt funes.*
  - 2. *executionis,*
    - 1. *ſcandit muros machina*
      - 1. *fatalis.*
      - 2. *fœta armis.*
    - 2. *juventus*
      - 1. *tripudiat.*
      - 2. *gaudet contingere funem.*
    - 3. *equus minando illabitur urbi.*
- 3. *Adjuncta cæcitate, p Exclamationē, cujus*
  - 1. *Propoſitio per Apoſtrophē ad*
    - 1. *Patriam.*
    - 2. *Ilium.*
    - 3. *Trojam.*
  - 2. *Ratio, quia equus*
    - 1. *in limine portæ ſubſtitit.*
    - 2. *edidit ſonitum armorum.*
  - 3. *Complexio, tamen Trojani cæci furore*
    - 1. *inſtant equo introducendo.*
    - 2. *locant introductum in templo Palladis.*
- 4. *Eventu, ſecuritate, à*
  - 1. *Vaticinio*
    - 1. *à Caſſandra lato*
    - 2. *à Trojanis neglecto.*
  - 2. *Fe[illegible] importuno,*
    - 1. *à ſubjecto loco. in templis.*
    - 2. *ab adjuncto ſupremo die.*
    - 3. *à ſignis, frondibus ornantur omnia.*

*Vertitur interea cœlum, & [a] ruit Oceano nox,*
*Involvens [b] umbra magna terramq́; polumq́;*
[c] *Myrmidonumq́; dolos. Fuſi per mœnia Teucri*
*Conticuêre, ſopor [d] feſſos complectitur artus.*
*Et jam [e] Argiva [f] phalanx inſtructis navibus [g] ibat*
*A Tenedo, tacitæ per amica [h] ſilentia Lunæ.*
*Littora [i] nota petens: [k] flammas cum regia puppis*
*Extulerat, fatisq́; Deûm defenſus [l] iniquis*
*Incluſos [m] utero Danaos, & [n] pinea furtim*
*Laxat clauſtra Sinon. [o] Illos patefactus ad auras*
*Reddit equus, lætiq́; cavo ſe [p] robore promunt,*
[q] *Tiſandrus, [r] Sthelenusq́; duces, & [s] dirus Ulyſſes,*
*Demiſſum [t] lapſi per funem [u] Athamasq́; [x] Thoasq́;,*
[y] *Pelidesque Neoptolemus, [z] primusque Machaon,*
*Et [a] Menelaus, & ipſe doli fabricator [b] Epeus,*
[c] Invadunt urbem ſomno, vinoque [d] ſepultam.
*Cæduntur [e] vigiles, portisq́; patentibus omnes*
*Accipiunt ſocios, atque agmina [f] conſcia jungunt.*

*Tem-*

a) Occidente ſole ſenſus communis vulgi tenebras ex Oceano terras ambiente oriri judicat. Lapſu enim Solis in Occaſum, ab ea plaga nox ſurgere videtur.

b) Noctem definiunt umbram terræ ita magnam, ut etiam cœli convexa prohibeat illuſtrari.

c) Græcorum fucos.

d) Fatigatos diuturno bello, quo ne ſemel quidem licuit dormire ſecuris, quàm hac ipſa nocte, ut viſum Trojanis.

e) Græcorum vigilantiam & curam in capienda urbe, contra verò Trojanorum ſomnolentiam, notare licet.

f) Macedonica vox, peditum ſtabile agmen.

g) Veniebat navigio.

h) Solventibus à Tenedo, & Trojam appellentibus nondum exorta erat Luna, mox urbe capta lucebat. Alii lunam ſilentem pro nocte intempeſta ſumunt, quia tunc omnia tacent.

i) In quibus integrum decennium ſtationem & caſtra habuerant.

k) Pro more navigationis nocturnæ, ubi navis prætoria præfert facem claſſi ſociæ, ut ſequatur ducem. Vel Sinoni datum ſignum ſolutarum navium, ut opportunè laxaret clauſtra equi. Sinon certè facem extuliſſe fertur, nec non Helena.

l) Infeſtis Trojæ, benignis Græciæ.

m) Alvo equi.

n) Adeoque non pugnant, ſed ſubordinantur in equi materia, pro diverſitate partium, abies, quercus vel robur, acer, pinus.

o) Tanquam mater fœtum ſeu partum; Duces.

p) Metonym. materiæ.

q) Aliis Therſandrus, filius Polynicis.

r) Capanei & Evadnes filius.

ſ) Quaſi Deorum ira immiſſus.

t) Unde conjicere licet altitudinem equi.

u) Æoli Thebani filius.

x) Ætolorum dux.

y) Pelei nepos Pyrrhus.

z) Filius Æſculapii, Frater Podalirii, medicus.

*a*) Priſtinus Helenæ maritus.

*b*) Panopei filius, Æaci nepos.

*c*) Emphaticus verſus.

*d*) Metaphora.

*e*) Opportuni ad cædem, utpote crapula & ſomno gravati.

*f*) Socia armis, inſignibus & teſſeris ſibi nota, quæ ventura certò ſciebant.

Actus excidii Trojani eſt vel reſpectu

- 1. Urbis
  - 1. Proditio, cujus
    - 1. Occaſio opportuna nocturni
      - 1. temporis per Chronographiam,
        - 1. à cauſa
          - 1. motu Cæli.
          - 2. occaſu Solis.
        - 2. ab effecto,
          - 1. obſcuratiõe terræ & cæli.
          - 2. occultatiõe doli Græcorũ.
      - 2. ſoporis Trojanorum; ab
        - 1 adjuncto urbis ſilentio.
        - 2. impulſiva, laſſitudine corporum.
    - 2. Cauſa
      - 1. Principalis, claſſis Græcorum:
        - 1. à ſubjecto termino à quo, redibat à Tenedo.
        - 2. ab adjuncta obſcuritate Lunæ.
        - 3. à fine, littus Trojæ petens.
      - 2. Inſtrumentalis Sinon equum aperiens,
        - 1. ab impulſiva, viſæ facis ſigno.
        - 2. ab indignitate fortunæ, qua ſervatus.
        - 3. à modo, laxatis clauſtris.
        - 4. ab effecto, prodeunt per funem delapſi
          - 1. indefinitè Græci milites
            - 1. ad auras.
            - 2. ex equo.
          - 2. definitè Duces,
            - 1 Therſandrus.
            - 2. Sthelenus.
            - 3. Vlyſſes.
            - 4. Athamas, Thoas.
            - 5. Pyrrhus.
            - 6. Machaon.
            - 7. Menelaus.
            - 8. Epeus author equi.
    - 3. Effectus,
      - 1. Vrbis ſecuræ invaſio.
      - 2. Cuſtodum internecio.
      - 3. Portarum apertio.
      - 4 Sociorum receptio.
  - 2. Occupatio, vid. ſeq.
- 2. Arcis. } vid. ſeqq.
- 3. Regis. } vid. ſeqq.

[a] *Tempus erat, quo* [b] *prima quies mortalibus ægris*
*Incipit, & dono divum* [c] *gratiſſima ſerpit:*
[d] *In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector*
*Viſus adeſſe mihi,* [e] *largosq́ue effundere fletus,*
[f] *Raptatus bigis, ut quondam, aterq́ue cruento*
*Pulvere, perq́ue* [g] *pedes trajectus lora tumentes:*
(Heu mihi, qualis erat, [h] quantum mutatus ab illo
*Hectore, qui redit* [i] *exſuvias indutus Achillis,*
*Vel Danaûm Phrygios* [k] *jaculatus puppibus ignes!)*
[l] *Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines,*
*Vulneraque illa gerens, quæ* [m] *circum plurima muros*
*Accepit patrios.* [n] *Ultrò flens ipſe videbar*
*Compellare virum, &* [o] *mæſtas expromere voces:*
[p] *O lux Dardaniæ, ſpes ò fidiſſima Teucrûm,*
*Quæ tantæ* [q] *tenuêre moræ? quibus, Hector, ab oris,*
[r] *Exſpectate, venis? ut te poſt multa tuorum*
*Funera, poſt varios hominumque urbisq́ue labores*
*Defeſſi adſpicimus!* [s] *quæ cauſa indigna ſerenos*
*Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?*
*Ille* [t] *nihil.* [u] *Nec me quærentem vana moratur:*
*Sed graviter* [x] *gemitus imo de pectore ducens:*
[y] *Heu fuge nate Dea, teq́ue his, ait, eripe flammis.*
[z] Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troja,
[a] *Sat Patriæ, Priamoque datum. Si Pergama dextra*
*Defendi poſſent, etiam* [b] *hac defenſa fuiſſent.*
Sacra, ſuosq; tibi commendat [c] Troja penates.
Hos cape fatorum [d] comites: *his* [e] *mœnia quære,*
*Magna pererrato ſtatues quæ* [f] *deniq́ue* [g] *Ponto.*
*Sic ait, & manibus* [h] *vittas,* [i] *Veſtamq́ue potentem,*
[k] *Æternumq́ue* [l] *adytis effert penetralibus ignem.* Di-

a) Concubium, ſeu nox concubia. b) Primam facem intelligit, quæ crepuſculum ſuſcipit. c) Gignit enim profundũ membris omnibus diurno labore defeſſis, dulciſſimumq; ſomnum. d) In ſomno, vel mihi dormienti. e) Mortuo non minùs quam vivo curæ eſt patria, ut etiam à lachrymis non temperaret; cùm interim Trojani omnes ſecuri, partæ pacis falſa perſuaſione, in extremo diſcrimine in utramvis aurẽ dormirent. f) Ab Achille cæſus, loris pedes trajectus, bigis raptatus. g) Synecd. habens pedes trajectos. h) Quam diſſimilis ſibi! i) Quas Patroclo armis Achillis induto detraxerat. k) Proteſilai cũprimis, quem primũ omniũ in littus deſcendentem interfecit Hector, ejus nave incenſa, & ſi tunc perrexiſſet, totam claſſem exuſiſſet. l) Pathos ab imagine & forma. m) Cum clauſis portis ſolus extra urbem cum Græcis confligeret. n) Quia ratio exigebat, ut loqueretur, qui venerat. o) Mœſtus. Hypall. p) Deſiderantis animi ſignificatio. q) Ellipſis Te. r) Antiptoſis. Expectatus ades. ſ) Loquitur ut ſomnians, immemor eorum quæ ſciverat. t) Ellipſis verbi. u) Vana enim interrogatio fuerat & otioſa tum, cum patria periret. x) Eadem affectio manet defunctis, quæ fuit vivis. y) Idolopœia, ſimulacri effictio, quâ mortuo tribuitur ſermo. z) Synecdoche. a) Satis tutandæ patriæ laboratũ. b) Mea dextra. c) Ego Trojæ nomine tuæ fidei commendo. d) Adjutores rerum per fata tibi deiſtnatarum. e) Urbem Lavinium. f) Poſt ſeptennem errorem, & atrox bellum. g) Mari. Synecd. h) Faſcias, velamina, pepla, redimicula Minervæ. i) Veſtæ ſimulacrum. k) Expolitione reddit, quid fuerit Veſta, nimirum perpetuus & inextinctus ignis. Nec tu aliud veſtam, quam vivam intellige flammam, Ovid. l) Adjectivè; alioqui ſecretiora domus loca penetralia vocantur.

- Urbis Occupatio eſt ab Æneæ
  - 1. Percepta, vel
    - 1. Dormiente,
      - 1. ab adjũcto tempore, p Chronographiam noctis
        - 1. à parte tertia, concubia & intẽpeſta.
        - 2. ab effecto, quiete profunda.
      - 2. à Cauſa, Hectoris apparitione per Proſopographiam,
        - 1. à Geſtu, 1. aderat inſomnis mœſtiſſimus. 2. effundebat largos fletus.
        - 2. ab Habitu corporis, per
          - 1. Hypotypoſin, ut quondam
            - 1. raptatus bigis.
            - 2. ater cruento pulvere.
            - 3. trajectus pedes.
          - 2. Exclamationem, de mutatione formæ.
          - 3. Cõparatione diſſimiliũ, cujus
            - 1. Protaſis, nõ eſt viſus
              - 1. induto ſpoliis Achillis.
              - 2. incẽſurus claſſem Græcorum.
            - 2. Antapodoſis, ſed
              - 1. barba ſqualens.
              - 2. crines cruenti.
              - 3. vulnera recentia pro patria accepta.
        - 3. ab Affatu, cujus
          - 1. Impulſiva eſt Æneæ, compellatio,
            - 1. à geſtu, quo videbatur ſibi
              - 1. flens.
              - 2. mœſtus.
            - 2. à forma, quæ
              - 1. captat benevolentiã à perſona Hectoris.
              - 2. gratulatur adventum.
              - 3. deplorat clades acceptas, à
                - 1. perſonis.
                - 2. loco.
              - 4. ſciſcitatur cauſam vultus
                - 1. triſtati.
                - 2. vulnerati.
          - 2. Forma,
            - 1. reticendo, vana & otioſa.
            - 2. ingemiſcendo graviter.
            - 3. hortando, ubi
              - 1. Propoſitio, de capeſſenda fuga.
              - 2. Ratio, quia hoſtis eſt in urbe, Troja eſt capta.
              - 3. Occupatio
                - 1. objectio: ſed defendenda eſt patria, Priamo.
                - 2. ſubjectio, à majori
                  - 1. ſi defendi poſſet à te.
                  - 2. defenſa eſſet à me.
              - 4. Clauſula commendat Penates, à cauſa
                - 1. efficiente Troja.
                - 2. finali,
                  - 1. ut ſint comites.
                  - 2. urbis cõditores.
        - 4. ab Actu, exportatiõe ſacrorum. 1. Vittarum. 2, Veſtæ. 3. Ignis æterni.
    - 2. Vigilante. *vid. ſeq.*
  - 2. Propugnata. *vid. ſeqq.*

*Diverſo interea*[a] *miſcentur mœnia luctu,*
*Et magis atq; magis (quanquam*[b] *ſecreta parentis*
*Anchiſæ domus, arboribusq; obtecta receſſit)*
[c] *Clareſcunt ſonitus, armorumq; ingruit horror*
[d] *Excutior ſomno, & ſummi faſtigia tecti*
*Adſcenſu ſupero, atq;*[e] *arrectis auribus adſto:*
[f] *In ſegetem veluti cum flamma furentib9 Auſtris*
*Incidit: aut rapidus montano ſtumine torrens*
*Sternit agros,*[g] *ſternit ſata*[h] *læta, boumq; labores,*
*Præcipitesque trahit*[i] *ſylvas:*[k] *ſtupet inſcius alto*
*Accipiens ſonitum*[l] *ſaxi de*[m] *vertice paſtor.*
*Tum verò*[n] *manifeſta fides, Danaûmq; pateſcũt*
*Inſidiæ. Jam*[o] *Deiphobi dedit ampla ruinam,*
[p] *Vulcano ſuperante domus:*[q] jam proximus ardet
[r] Ucalegon,[ſ] *Sigæa igni freta lata relucent.*
[t] *Exoritur*[u] *clamorq; virûm,*[x] *clangorq; tubarũ,*
[a] *Arma amens capio,*[b] nec ſat rationis in armis,
*Sed*[c] *glomerare manum bello, & concurrere in arcẽ*
*Cum ſociis*[d] *ardent animi:*[e] furor, iraq; mentem
Præcipitant:[f] pulchrumq; mori ſuccurrit in armis,

a) Tragica metaphora, qua notat [...]m[...]ia confundi & perturbari. [...] Qu[...] figura Sacra profanis miſceri dicuntur, & mare cœlo

b) Longè abfuit, in receſſu quodam urbis.

c) Clariùs audiuntur, increbreſcunt.

d) Abrupta ſomni quiete armorum & incendii fragore.

e) Metaphora ab animantibus, quæ eminus aliquid audientia ſurrigunt aures, quod cervis peculiare eſſe ſcribit Plinius. Contrarium hujus habet Horatius: Demitto auriculas, ut iniquæ ſortis aſellus.

f) Humilis comparatio, quæ tamen plurimum habet energiæ, elegantiæ.

g) Anaphora.

h) Metonym. Lætificantia.

i) Amplificatio elegans, per Auxeſin; ſylvas pro arboribus.

k) Admiratur ad ſtuporem usque, neſcius cauſæ.

l) Tapinoſis, pro Montis.

m) Metaphora ab homine ad mõtis ſummitatem.

n) Perfidia Græcorum, per Ironiam.

o) Filii Priami, cui Paride interfecto nupſit Helena, vid. lib. 6. prolixiorem narrationem.

p) Metonym. Igne,

q) Meton. Ucalegontis domus proxima, Proverbii vicem ſuſtinere poteſt hic verſus, ut ille: En tua res agitur paries, cùm proximus ardet.

r) Significatio eſt hominis rerum ſuarum negligentis & incurii.

ſ) Pontus ſub Sigæo promontorio.

t) Ordine communia accidentia narrat; nam capta urbe, primùm ad prohibenda indicia excubias trucidant; inde ad turbandos civium animos, incendia miſcent: poſtremò ut omnia amentiæ plena reddant, multis ſimul locis, clamoribus & tubarum clangoribus populum percellunt, ne per urbem totam cives in globum collecti ignaros viarum adoriantur.

u) Polyſyndeton & Paronomaſia.

x) Onomatopœia. Nam κλαγγή ſonus eſt refractus & crepitans.

a) Per gradationem amplificat mentis perturbationem: arma capio, conflictari cum hoſtibus aveo, mori honeſtè cupio.

b) Armatus jam inops etiam conſilii.

c) Pugnam laceſſere.

d) Metaph. vehementer deſiderant.

e) Gnome.

f) Noëma. Cæterum in hac narratione omnia ſunt emphatica, literâ caninâ R horrorem incutientia, omnia rebus accommodata; ut non ſit, quod aures ultra eligant.

Ecce

**Vigilantis Æneæ notetur**

- 1. Cauſa,
  - 1. Luctus civitatis diverſus.
  - 2. Sonitus armorum,
    - 1. à ſubjecto ſeceſſu ædium paternarum, per Expolitionem.
    - 2. ab adjuncto horrore.
- 2. Actus eſt
  - 1. Excuſſio ſomni.
  - 2. Aſcenſio in domus faſtigium.
  - 3. Auſcultatio, arrectu auribus, per Hypotypoſin.
  - 4. Obſervatio hoſtilitatis per Comparationis
    - 1. Protaſin, à ſegetis proſtratæ
      - 1. Cauſa, vel
        - 1. flamma furente auſtro.
        - 2. torrente, ab
          - 1. adjuncta rapiditate.
          - 2. effecto, proſternente
            - 1. agros.
            - 2. ſata.
            - 3. arbores.
      - 2. Effecto, ſtupefactione ruſticorum.
    - 2. Apodoſin, ſic
      - 1. patefiunt Græcorum 1. fides. 2. inſidiæ.
      - 2. miſcentur incendia,
        - 1. à ſubjectis ædibus
          - 1. Deiphobi.
          - 2. Vcalegontis.
        - 2. ab adjuncto ſplendore Promontorii Sigæi.
      - 3. invaleſcit
        - 1. clamor virorum.
        - 2. clangor tubarum.
- 3. Affectus,
  - 1. Error rationis in armatura.
  - 2. Ardor
    - 1. pugnandi.
    - 2 ſuccurrendi regiæ.
  - 3. Furor & ira mentem præcipitans.
  - 4. Amor ſeu cupido pro patria moriendi.

*Ecce autem telis* [a] *Panthus elapſus Achivûm,*
[b] *Panthus* [c] *Otriades,* [d] *arcis Phœbiq; ſacerdos,*
*Sacra manu,* [e] *victosq; Deos, parvumq; nepotem*
*Ipſe trahit, curſuq; amens ad* [f] *littora tendit.*
*Quo* [g] *res ſumma loco,* [h] *Panthu?* [i] *quam prendimus arcem?*
*Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:*
[k] Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
[l] Dardanidæ: [m] fuimus Troës, fuit Ilium, & ingẽs
Gloria Teucrorum: *ferus omnia Juppiter* [n] *Argos*
[o] *Tranſtulit: incenſa Danai dominantur in urbe.*
*Arduus armatos* [p] *mediis in mœnibus adſtans*
[q] *Fundit equus, victorq; Sinon incendia miſcet*
[r] *Inſultans. Portis alii* [s] *bipatentibus adſunt,*
[t] *Millia quot magnis nunquam venêre* [u] *Mycenis.*
*Obſedere alii telis* [x] *anguſta viarum*
*Oppoſiti, ſtat* [y] *ferri acies* [z] *mucrone coruſco*
*Stricta,* [a] *parata neci: vix primi prælia tentant*
*Portarum vigiles, &* [b] *cæco Marte reſiſtunt.*
*Talibus Otriadæ dictis, &* [c] *numine Divûm*
*In flammas* [d] *& in arma feror, quo triſtis* [e] *Erynnis,*
*Quò* [f] *fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor.*
*Addunt ſe ſocios Riphæus, & maximus* [g] *armis*
*Iphitus, oblati* [h] *per Lunam, Hypanisq;, Dymasq;*
*Et lateri* [i] *adglomerant noſtro: juvenisq;* [k] *Chorœbus*
[l] *Mygdonides, illis qui ad Trojam fortè diebus*
*Venerat,* [m] *inſano Caſſandræ incenſus amore,*
*Et* [n] *gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat:*
[o] *Infelix, qui non ſponſæ præcepta* [p] *furentis*
*Audierat.*

*Quos*

a) Priami propinquus diſſuaſor, ne Paris in Græciam mitteretur.
b) Anaphora. c) Otrei filius.
d) Phœbi in arce culti ἐνδίου.
e) Qui cum non tranſiſſent evocati ad victores, comitabantur victos. f) Vel, ad limina Æneæ.
g) Quo in loco ſumma rei ſita eſt? Quò redacta eſt reſpublica?
h) Vocativus contractus.
i) Si quidem Minervæ arx, unde tu fugis ab hoſte ſit occupata: Quã ergo occupamus, cum tu eam relinquas, quam defendimus?
k) Quis fons, quis torrens, quod mare tot fluctibus, quot hic verbis inundavit. l) Phrygiæ.
m) Non ultra ſumus, & miſerum eſt fuiſſe. In adagium abiit, ubi quempiam periiſſe ſignificamus.
n) In Græciam. o) Fortunam, opes, imperium, à nobis, ad Græcos. p) Ubi fuerat arx.
q) Perſiſtit in metaphora uteri armatis gravidi, & jam parientis.
r) Ex doli ſucceſſu exultat.
ſ) Binis foribus diſcluſis à dextra lævaque.
t) Tot millia adſunt aliorum, quot nunquam.
u) Synecdoche.
x) Anguſtas vias, vicos, angiportus.
y) Meton. ferrata acies.
z) Syneed. ſtrictis gladiis.
a) Activè, ad necem aliis paranda.
b) Confuſo in tenebris nocturno prœlio.
c) Furore, iraq; divinitus immiſſâ.
d) Ardens in patriam ſtudium & pietas Æneæ parati ſe coniicere in præſentem mortem rebus deſperatis. e) Quò Furiæ ad vindicandam patriam me vocant.
f) Metaphora remota à leonibus. g) *Al.* annis. h) Urbe capta Luna oriebatur.
i) Ellipſis, vel Enallage. k) Hunc alii laudant alii vituperant. Vide *Adag.* Eras.
l) Mygdonis filius. m) Perpetuum amoris epitheton. n) Futurus.
o) Exclamatio in ejus vecordiam, qua bene monenti non obtemperabat.
p) Vaticinantis. Meton. adjun.

Propugnatio Æneæ conſtat

- 1. Cauſa
  - 1. Impulſiva
    - 1. externa, Panthous, qui deſcrib.
      - 1. à fortuna, elapſus telis Græcorum.
      - 2. à familia, & officio.
      - 3. ab actu,
        - 1. geſſit penates.
        - 2. traxit nepotem.
        - 3. tendit ad littora.
      - 4. à profatu, cujus
        - 1. impulſiva eſt Æneæ quæſtio de rerum ſtatu.
        - 2. adjunctum eſt gemitus.
        - 3. forma conſtat
          - 1. Propoſitione pathetica, de fatali termino Trojani
            - 1. regni. 2. populi. 3. Ilii. 4. nominis glorioſi.
          - 2. Ratione, quia
            - 1. Iuppiter omnia tradidit Græcis.
            - 2. hoſtes dominantur in urbe.
            - 3. equus emittit milites.
            - 4. Sinon incendia miſcet.
          - 3. Expolitione, hoſtium alii
            - 1. adſunt portis bipatentibus.
            - 2. irruunt infinita multitudine.
            - 3. obſident vicos.
            - 4. ſtrictis gladiis intentant necem.
          - 4. Clauſula, ab irrita vigilum repugnantia.
    - 2. interna, inſtinctu
      - 1. religionis. 2. furoris.
      - 3. amoris cæſorum, ex 1. fremitu. 2. clamore.
  - 2. ſocia, quæ ſunt
    - 1. Ripheus & Iphitus.
    - 2. Hypanis & Dymas.
    - 3. Chorœbus
      - 1. ab ætate & familia.
      - 2. ab adventu in Trojam, cujus
        - 1. ad junctum tempus, paucis diebus ante.
        - 2. impulſiva, amor Caſſandræ.
        - 3. finis, ut Priamo ferret auxilium.
      - 3. ab adjuncta vecordia, qua ſponſæ bene monenti non paruit.
- 2. Conſiliis. } vid. ſeqq.
- 3. Eventu. }

*Quos ubi*[a] *confertos audere in prælia vidi,*
*Incipio ſuper his: Juvenes,*[b] *fortiſſima fruſtra*
*Pectora (ſi vobis audentem extrema Cupido*
*Certa ſequi: quæ ſit rebus fortuna, videtis,*
[c] *Exceſſêre omnes, adytis, arisq; relictis,*
*Dii, quibus imperium hoc ſteterat) ſuccurritis urbi*
*Incenſa:*[d] moriamur, & in media arma ruamus:
[e] Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
*Sic animis juvenum furor additus: inde (lupi*[f] *ceu*
[g] *Raptores atra in nebula, quos improba ventris*
[h] *Exegit*[i] *cæcos rabies, catuliq; relicti*
*Faucibus exſpectant*[k] *ſiccis)*[l] *per tela, per hoſtes,*
*Vadimus, haud dubiā in mortem, mediæq; tenemus*
*Urbis iter, nox*[m] *atra*[n] *cavâ circumvolat umbrâ.*
[o] Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut poſſit[p] lachrymis æquare labores?
Urbs[q] antiqua ruit[r] multos dominata per annos.
*Plurima perq; vias ſternuntur*[ſ] *inertia paſſim.*
*Corpora perq; domos, & relligioſa Deorum*
*Limina. Nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri.*
[t] Quondam etiā victis redit in[u] præcordia virtus,
*Victoresq; cadunt Danai,*[x] crudelis ubique
Luctus: ubiq;[y] pavor, &[z] plurima mortis imago.

a) Agglomeratos, confertos.
b) Synchyſis, & ſtructura verborum confuſè digeſta, ad imitandam mentis perturbationem. Ordo eſt: Juvenes, fortiſſima pectora, quæ fortuna ſit rebus, videtis; omnes Dii, quibus ſteterat hoc imperium, exceſſere adytis arisque relictis: fruſtra ſuccurritis urbi incenſæ. Si vobis cupido certa ſequi audentem extrema, ruamus in media arma, & moriamur.
c) Dii tutelares, ſi non elicio carmine evocati ad hoſtes tranſierint, certè urbe jam in hoſtium poteſtatem redacta exceſſere. Alluſum ad veterem Romanæ militiæ diſciplinam, quâ urbem oppugnari fas non erat, niſi priùs evocatis Diis tutelaribus.
d) Hyſteron Prot.
e) Una ſalutis via eſt victis ſalutem deſperando contemnere.
f) Monoſyllabum concinnæ neceſſitatis.
g) Plusquam rapaces. & στοργὴ in catulos.
h) Expulit ad prædam famelica rabies.
i) Periculi ſecuros, opportuna caligine.
k) Jejunis quidem, ſed ſitientibus, alimentum humidum, quod à colore nativo continuò abſumitur.
l) ἐν ὅπλοις: Per tela hoſtilia.
m) Metalepſis, pro tenebroſa.
n) Non ſolida, ſed inani.
o) Copioſa oratione ob oculos ponit, quod lib. 3. paucis abſorbet verbis: Et campos ubi Troja fuit.
p) Hypallage, pro Lachrymas laboribus.
q) Conditam annos 406 ante primam Olympiadem.
r) Nonnulli 280. annos, alii 312. volunt, forſan quòd hi ſumunt initium à Dardano, illi a Teucro: ſed hoc eſto penes Chronologos.
ſ) Cæſa cadavera.
t) Aliquando. Vide in Adag. Mars communis.
u) Corda, quæ fortitudinis ſedes.
x) Capta urbe omnes ferè Trojani nocturna cæde ſunt conſumpti, pauci noctis beneficio urbe elapſi.
y) Vis cæſuræ.
z) Varia mortis genera: gladio, igni, ruina. Vel, mors præſtantiſſima, frequentiſſima.

**Æneæ conſilia conſtant**

- 1. Communicatione, cujus
  - 1. *Occaſio, cùm videret paratos ad prælium.*
  - 2. *Forma,*
    - 1. *Cap'at benevolentiam à virtute.*
    - 2. *Proponit: ſequimini me audentem.*
    - 3. *Confirmat,*
      - 1. *à rebus deſperatis.*
      - 2. *à Diis tutelaribus evocatis*
        - 1. *à ſubjectis.*
        - 2. *ab effectis.*
      - 3. *ab incendio urbis indeclinabili.*
    - 4 *Claudit*
      - 1. *admonendo: moriamur.*
      - 2. *movendo, per Epiphonema deſperationis.*
  - 3. *Effectus, corroboratio.*
- 2. Executione, *cujus*
  - 1. *Forma, per comparationis*
    - 1. *Protaſin, qualis eſt luporum natura,*
      - 1. *ab adjuncta*
        - 1. *rapacitate.*
        - 2. *caliginoſa nocte.*
      - 2. *impulſiva*
        - 1. *interna, fame.*
        - 2. *externa, catulis famelicis relictis.*
    - 2. *Apodoſin, talis erat irruptio Trojanorum,*
      - 1. *ab objecto, per tela, per hoſtes.*
      - 2. *à ſubjecto, medio urbis.*
      - 3. *ab adjunctis tenebris.*
  - 2. *Effectus, clades, per*
    - 1. *Exclamationem,*
      - 1. *ab adjuncto tempore nocturno.*
      - 2. *à ſubjectis cæſorum cadaveribus.*
      - 3. *ab effecto, immenſo luctu.*
    - 1. *Pathopœiam, ab*
      - 1. *urbis ruentis celebritate.*
      - 2. *occiſorum multiplicitate, per*
        - 1. *vias.*
        - 2. *domos.*
        - 3. *templa.*
    - 3. *Noëma,*
      - 1. *non tantùm cadunt Trojani,*
      - 2. *ſed etiam*
        - 1. *victus redit virtus.*
        - 2. *victores cæduntur.*
    - 4. *Epiphonema, ubiq;*
      - 1. *luctus & pavor.*
      - 2. *præſentiſſima mors.*

*Primus ſe Danaûm magna comitante caterva*
[a] *Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens*
*Inſcius: atq; ultrò verbis* [b] *compellat amicis:*
Feſtinate viri: [c] Nam quæ tam ſera moratur
Segnities? *alii* [d] *rapiunt incenſa, feruntq;*
[e] *Pergama: vos celſis nunc primùm à navibus* [f] *itis.*
*Dixit, & extemplò (neq;* [g] *enim reſponſa dabantur*
*Fida ſatis) ſenſit* [h] *medios delapſus in hoſtes.*
Obſtupuit, retroq; pedem cum voce repreſſit:
*Improviſum* [i] *aſpris veluti qui* [k] *ſentibus anguem*
*Preſſit humi nitens, trepidusq; repentè refugit*
*Attollentem iras & cærula colla tumentem:*
*Haud ſecus Androgeos viſu tremefactus* [l] *abibat.*
*Irruimus, denſis &* [m] *circumfundimur armis:*
*Ignarosq; loci paſſim, & formidine captos*
*Sternimus:* [n] adſpirat primo fortuna labori.
*Atq; hic* [o] *exſultans ſucceſſu animisq; Chorœbus:*
*O ſocii, qua* [p] *prima, inquit, fortuna ſalutis*
*Monſtrat iter, quaque oſtendit ſe dextra, ſequamur:*
*Mutemus clypeos, Danaûmq;* [q] *inſignia nobis*
*Aptemus.* [r] Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?
*Arma dabunt ipſi. Sic fatus, deinde* [s] *comantem*
*Androgei galeam, clypeiq; inſigne decorum*
*Induitur, laterique* [t] *Argivum accommodat enſem.*
*Hoc Ripheus, hoc ipſe* [u] *Dymas, omnisq; juventus*
*Læta facit: ſpoliis ſe quisq;* [x] *recentibus armat:*
*Vadimus* [y] *immixti Danais, haud* [z] *numine noſtro,*
*Multaq; per* [a] *cæcam congreſſi prælia noctem*
*Conſerimus: multos Danaûm* [b] *demittimus orco.*
*Diffugiunt alii ad naves, & littora curſu*
[c] *Fida petunt; pars ingentem formidine turpi*
*Scandunt rurſus equum, & nota conduntur in* [d] *alvo.*

*Heu*

a) Nominativus Atticus per ω. Alius hic eſt ab eo, cujus lib. 6. fit mentio. b) Alloquitur c) Quænam, ad cavendam durã colliſionem. d) Vide Adag ἀγχοῖς φέρουσι. e) Trojam, per Synecd. Trojanas opes ab incendio ereptas, per Metonym. f) Venitis. g) Nam familiariter increpanti nihil benignè reſpondebatur. h) Antiptoſis & Helleniſmus; pro, ſe delapſum. i) Syncope. k) Ellipſis In. l) Abire parabat. m) Metaph. n) Favet, unde dicitur aura, pro favore. o) Conſultiſſimè juveni imprudenti dantur partes audaciæ & temeritatis, quæ in ipſos authores reciderint. p) Ex uno ſucceſſu ſecuturam fortunæ aleã metitur ferociensque ad ulteriùs graſſandum hortatur. q) Meton. clypeis inſculpta. r) In bello parum intereſt, dolo an virtute evadas ſuperior. Malo nodo malus eſt quærendus cuneus. Cretizandum adverſus Cretentes. Dolis equidem ſi non laus paratur, tamẽ ſæpe vita ſervatur. Hinc ICti diſtinguunt dolum bonum a malo. Et qui dolum bonum, quâ ſuæ ſalutæ cõſulit quisq;, è bello tollit, is militarem prudentiam & ſtrategemata tollit. ſ) Comas & Criſtas habentem. Heteroſis generis. t) Græcum u) Diſtinguendum hic cenſent, ut de ſe loquatur Æneas: hoc ego facio, hoc Dymas facit.
x) Recens ab hoſte detractis.
y) Se quoque principibus permiſtũ agnovit Achivis. lib. 1.
z) Alienis auſpiciis Græcorũ, quorum in armis pro Græcis habiti ſumus; vel adverſo, non favente, non comitante Deo.
a) Metalepſis. pro Tenebroſa.
b) Significanter, nam Orcus amnis apud inferos credebatur. c) Sibi tuta. d) Metaph. in cavitate equi duratei.

- Eventus eſt Succeſſus
  - 1, Felix, ratione objecti
    - 1. definiti, Androgei,
      - 1. ab adjuncto magno comitatu.
      - 2. à compellationis
        - 1. impulſiva, quæ eſt perſuaſio, quâ credebat agmina ſocia.
        - 2. adjuncta humanitate.
        - 3. forma, cujus
          - 1. Propoſitio
            - 1. mandat celeritatem.
            - 2. exprobrat tarditatem.
          - 2. Ratio, à comparat. diſſim.
            - 1. Protaſin: alii diripiunt, incendūt.
            - 2. Antapodoſis: vos lenti inceditis.
      - 3. ab obſtupefactione, cujus
        - 1. impulſiva
          - 1. à reſponſo non ſatis fido.
          - 2. ab agnito lapſu in medios hoſtes.
        - 2. forma
          - 1. proponitur: cūm ſtupore repreſſit pedem & vocē.
          - 2. amplificatur, per cōparat.
            - 1. Protaſin, à ſerpente
              - 1 improviſè contrito.
              - 2. repente fugienti.
              - 3. ira tumenti.
            - 2 Apodoſis: ita Androgeos abiit tremefactus.
      - 4. ab accepta clade, cujꝰ
        - 1. Protaſis eſt, denſis circumfunditur Trojanorū armis.
        - 2. Ratio, ab opportunitate, quâ ſternuntur
          - 1. locorum ignari.
          - 2. formidine capti.
        - 3. Clauſula cōſtat Epiphonemate, de aſpirante fortuna.
    - 2. indefiniti, cæterorū Græcorum,
      - 1. ab impulſiva, 1. externa, ſucceſſu. 2. interna, elatione animi.
      - 2. à conſiliis, quorum
        - 1. Exordium, ab impulſiva
          - 1. fortuna aſpirante.
          - 2. dextra juvante.
        - 2. Propoſitio ſtrategematis, de mutandis clypeis & inſignibus.
        - 3 Confirmatio
          - 1. ab honeſto, jure belli, quo licet virtuti ſubſtituere dolum.
          - 2. à facili, ipſi hoſtes ſuppeditabūt arma.
      - 3. ab actu
        - 1. Chorœbi induentis Androgei galeam, clypeum, enſem.
        - 2. Sociorum
          - 1. definito, Riphei & Dymantis.
          - 2. indefinito omnium, recenti armatura.
      - 4. ab eventu,
        - 1 Partium 1. commixtione. 2. conflictatione
        - 2. Græcorum
          - 1. internecione.
          - 2. fugatione,
            - 1. ad naves, littora.
            - 2. equum durateum.
  - 2. Infelix. vid. ſeq.

a) Gnome. b) Nova narratio ornatus gratia interpoſita patheticè. c) Quò ſupplex confugerat. d) Filia Priami, vates Apollinis, numinis plena, Chorœbo deſponſata, Ilio capto ab Aiace Oilei filio vitiata, in prædæ diviſione Agamemnoni ceſſit, cum ipſo à Clytemneſtra in convivio trucidata. e) E penitiſſimis Minervæ adytis raptata. f) Oculos ira dolorẽq; agitatos. g) Epanodos, ad attexendã cauſa. h) Cõtinebant, ſtringebant, prohibebant, ne ad cœlũ eas cum oculis tenderet. i) Tragicum ſponſæ ſpectaculum amoris impatientia ferre non potuit. k) Metaph. a terra; & eſt Diaſtole in Cæſura. l) Simulata armorũ ſpecie. m) Criſtatarũ galearum, metaphoricè; nam jubæ propriè ſunt leonũ, equorũ & ſimilium, à collo dependentes crines.

n) Oilei filius; Telamoniꝰ enim Ajax ante ſibi necem conſciverat. o) *Atrei filii, Agamemnon, Menelaꝰ.* p) *Quorum dux Pyrrhus.* q) *Aliquando.* r) *Adverſos inter ſe ex diametro pugnantes.* ſ) *Orientalibus.* t) *Metaph & Enallage.* u) *Deus marinus.* x) *Simulata.* y) *Lingua Græca.* z) *Nec mora.* a) *Principis ducum Bœotiorum, quod facit ad laudem cadentis Corœbi.* b) *Palladis.* c) *Ita vocat Homeri exemplo, qui ferè cuiq; rei ſuũ Epithetõ addere ſolet.* d) *Vide Adag. cũ Deo quisq; flet ac ridet.* e) *Apoſtrophe.* f) *Nec religio, nec ratio Sacerdotii.* g) *Propriè faſcia, in diadematis formam ita concinnata, at utrinq; vittæ dependeant.* h) *Trojani.* i) *Obteſtando removet à ſe proditionis crimen.* k) *Vt paterer vulnera & cædem à Danais, nõ ſegnius atq; ipſe iis inferebam.* l) *Fateor meruiſſe me multa cæde, ut & ipſe caderẽ.* m) *Prolepſis* n) *Epanodos.* o) *Vlyſſis vulnere impeditus.*

[a] Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis.
[b] *Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo*
*Crinibus à* [c] *templo* [d] *Caſſandra,* [e] *adytisq; Minervæ,*
*Ad cœlum tendens* [f] *ardentia lumina fruſtra*
[g] *Lumina; nam teneras* [h] *arcebant vincula palmas.*
*Non tulit hanc* [i] *ſpeciem furiata mente Chorœbus,*
*Et ſeſe medium injecit moriturus in agmen.*
*Conſequimur cuncti, & denſis incurrimus armis.*
*Hic primum ex alto delubri culmine telis*
*Noſtrorum* [k] *obruimur, oriturq; miſerrima cædes*
*Armorum* [l] *facie, & Grajarum errore* [m] *jubarum.*
*Tum Danai gemitu, atq; ereptæ virginis irâ,*
*Vndiq; collecti invadunt: acerrimus* [n] *Ajax,*
*Et gemini* [o] *Atridæ,* [p] *Dolopumq; exercitus omnis.*
*Adverſi rupto ceu* [q] *quondam turbine venti*
*Confligunt,* [r] *Zephyrusq; Notusq;, & lætus* [ſ] *Eois*
*Eurus equis:* [t] *ſtridunt ſylvæ, ſævitq; tridenti*
*Spumeus, atq; imo* [u] *Nereus ciet æquora fundo.*
*Illi etiam, ſiquos obſcura nocte per umbram*
*Fudimus inſidiis, totaq; agitavimus urbe,*
*Apparent: primi clypeos,* [x] *mentitaq; tela*
*Agnoſcunt, atq; ora* [y] *ſono diſcordia ſignant.*
[z] *Ilicet obruimur numero: primusq; Chorœbus*
[a] *Peneleі dextra,* [b] *Divæ* [c] *armipotentis ad aram*
*Procumbit;* cadit & Ripheus, juſtiſſimus unus
Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus æqui.
[d] Diis aliter viſum. *Pereunt Hypanisq; Dymasq;*
*Confixi a ſociis:* [e] nec te tua plurima Panthu
Labentem [f] pietas, nec Apollinis [g] infula texit.
[h] *Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,*
[i] *Teſtor, in occaſu veſtro, neq; tela, nec ullas*
*Vitaviſſe* [k] *vices Danaum, & ſi fata fuiſſent,*
*Vt caderem,* [l] *meruiſſe manu.* [m] *Divellimur inde*
*Iphitus, & Pelias mecum: quorum* [n] *Iphitus ævo*
*Iam gravior, Pelias & vulnere* [o] *tardus Vlyſſi*

Pro-

# TAB. XVII.

Succeſſus infelix conſtat

- 1. Cauſa
  - 1. principali, p Exclamat. in ſupervacaneum virtutis humanæ laborē ſi Deum iratum (habeas.
  - 2. minùs principali Chorœbo, cujus impulſiva
    - 1. externa, caſu Caſſandræ, per pathos
      - 1. à rei indignitate, & genere.
      - 2. à ſubjecto loco, templo Minervæ.
      - 3. à geſtu, ſuſpicientis in cœlum.
      - 4. ab habitu, vinctis palmis teneris.
    - 2. interna. 1. amoris furor 2. moriendi ardor.
- 2. Actu, cæco omnium impetu 1. conſequendi. 2. armis incurrendi.
- 3. Eventu, clade illata
  - 1. ab inſciis Trojanis,
    - 1. à ſubjecto culmine templi. 2. ab inſtrumentali, telis.
    - 3. ab adjuncta miſerabili conditione.
    - 4. ab impulſiva, errore armorum & inſignium Græcorum.
  - 2. à conſciis Græcis, ubi
    - 1. Cauſa
      - 1. Impulſiva 1. externa, erepta virgo. 2. interna, ira.
      - 2. Socia, per
        - 1. Diſtributionem
          - 1 totius exercitus undiq; collecti.
          - 2. partium uti 1. Ajax. 2. Atridæ. 3. Pyrrhi Socii.
        - 2. Comparationem, à ventorum
          - 1. Conflictatione.
          - 2. Diſtributione.
          - 3. Effecto
            - 1 ſylvarum ſtridore.
            - 2. maris tumore.
    - 2. Occaſio eſt ſtrategematis detectio, cujus
      - 1. Efficiens ſunt Græci
        - 1. antè fugati.
        - 2. tota nocte agitati.
      - 2. Forma, agnitio
        - 1 ſimulatæ armaturæ.
        - 2. alienæ linguæ.
    - 3. Actus
      - 1. in genere omnes Trojani obruuntur.
      - 2 in ſpecie
        - 1 pereunt
          - 1. Chorœbus,
            - 1. ab efficiente.
            - 2. à loco.
          - 2. Ripheus,
            - 1. à iuſtitia per objectionem.
            - 2 à Deorum providentia, per ſubjectionem.
          - 3 Hypanis, Dymas à ſociis confixi.
          - 4. Panthous, 1. à pietate. 2. ab officio.
        - 2. fugiunt
          - 1. Æneas, qui fugam excuſat
            - 1. Averſione ad cineres & flammas Trojæ.
            - 2. Conteſtatione, ſe non fugiſſe tela aut hoſtes.
            - 3. Translatione in Fata.
          - 2. Iphitus Senex.
          - 3. Pelias vulneratus.

*Protinus ad [a] ſedes Priami [b] clamore vocati:*
*Hic verò [c] ingentem pugnam, ceu cætera nusquam*
*Bella forent, nulli tota morerentur in urbe:*
*Sic Martem [d] indomitum, Danaosq; in tecta ruentes*
*Cernimus, obſeſſumq; [e] actâ teſtudine [f] limen.*
*Hærent [g] parietibus ſcalæ, poſtesq; ſub ipſos*
*Nituntur gradibus, clypeosq; [h] ad tela ſiniſtris*
*Protecti objiciunt, prenſant [i] faſtigia dextris.*
Dardanidæ contrà, turres [k] ac tecta domorum
Culmina cōvellūt (his ſe, [l] quādo ultima cernūt,
Extrema jam in morte parant defendere telis:)
[m] Auratasq; trabes, veterū [n] decora alta parentū
Devolvunt: *alii ſtrictis [o] mucronibus imas*
[p] *Obſedere fores; has ſervant agmine denſo.*
[q] Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis,
Auxilioq; levare viros, [r] vimq; addere victis.
*Limen erat, [ſ] cæcæq; fores, & pervius uſus.*
*Tectorum [t] inter ſe Priami, [u] poſtesq; relicti*
*A tergo, infelix quà ſe, dum regna manebant,*
*Sæpius Andromache ferre [x] incomitata ſolebat*
*Ad [y] ſoceros, & avo puerum [z] Aſtyanacta trahebat.*
*Evado ad ſummi faſtigia culminis, unde*
Tela manu miſeri jactabant irrita Teucri.
[a] *Turrim in [b] præcipiti ſtantem, ſummisq; ſub [c] aſtra*
*Eductam tectis, unde omnis Troja videri,*
*Et Danaûm [d] ſolitæ naves, & Achaica caſtra:*
*Aggreſſi ferro circum, quà [e] ſumma labantes*
*Juncturas tabulata dabant: [f] convellimus altis*
*Sedibus, impulimusq;. Ea lapſa repentè ruinam*
*Cum ſonitu trahit, & Danaûm ſuper agmina latè*
*Incidit. Aſt alii ſubeunt, nec ſaxa, nec ullum*
*Telorum interea [g] ceſſat genus.*

a) Ad regiam. b) Exclamantium & defendentium arcem.
c) Quippe in domo regia, ubi aut caput Reip. aut major ſpes prædæ.
d) Meton. cauſæ Impetum belli.
e) Facta teſtudine, facta phalange, applicata machina bellica, quam Græci vocant συνασπισμὸν. Teſtudo propriè erat tabulatum coriis & ciliciis contextum, adverſus tela & incendium, quâ tecti oppugnatores muros appropinquabant; atque id à ſimilitudine teſtudinem vocabant: Subita teſtudo erat ſeries ſcutorum ſuper capita ſublatorum, continuata in morem ſquamarum.
f) Fores aut portam, per Synecd.
g) Proceleusmaticus pro Dactylo.
h) Adverſus tela. i) Summitates propriè ædificiorum, quæ perfecto ædificio ab ædificatoribus demum ſolent imponi. Hinc parœmia: faſtigium imponere, i. e. rem omnibus ſuis partibus abſolvere, uti fundamentum jacere eſt primum opus inſtituere.
k) Tegulis vel lapidibus.
l) Quandoquidem vident patriæ excidium. m) In vitæ diſcrimine pretioſiſſima vileſcunt.
n) Appoſitio.
o) Gladiis, enſibus. Synecd.
p) Nunc pro præſidio tenebant.
q) Quaſi antea defeciſſent.
r) Virtutem, opem.
ſ) Secretæ, aut paucis notæ atque animadverſæ. ψευδόθυρον. janua latens.
t) Per quod iter ad utramque domum commeabatur.
u) Relictum ſpatium oſtio; vel poſtes ſegregati à regia.
x) Sine ambitioſo famulitio.
y) Priamum & Hecubam. Syllepſis. z) Hecto-

Ve-

**Arcis regiæ**

- 1. Impugnatio conſtat
  - 1. Græcorum oppugnatione,
    - 1. ab adjuncto
      - 1. clamore, quo Æneas cum ſociis ad regiam vocatus.
      - 2. pugnæ ardore ꝑ comparat.
        - 1. tanta erat pugna.
        - 2. ut alibi videretur
          - 1. nulla eſſe.
          - 2. nemo mori.
    - 2. à forma,
      - 1. Regiæ invaſione, cum impetu.
      - 2. Portarum obſidione, facta teſtudine.
      - 3. Parietum conſcenſiõe per Hypotypoſin,
        - 1. ſcalas admovent parietibus.
        - 2. nituntur gradibus ſub poſtes.
        - 3. ſiniſtris obiiciunt clypeos.
        - 4. dextris prenſant faſtigia.
  - 2. Trojanorum propugnatione
    - 1. communi, alii
      - 1. convellũt
        - 1. à materia, turres & culmina domorum.
        - 2. ab impulſiva, quoniam ultima cernunt.
        - 3. à fine, ut ſeſe defendant.
      - 2. devolvunt trabes inauratas, ornamenta priſcorũ regum.
      - 3. cuſtodiũt imas fores 1. ſtrictis gladiis. 2. agmine denſo.
    - 2. ſingulari Æneæ, cujus
      - 1 impulſus, animi inſtaurati ad
        - 1. ſuccurrendum regiæ.
        - 2. adjuvandum Trojanos reſiſtentes.
        - 3. addendum vires victis.
      - 2. ingreſſus, poſtium
        - 1. occultum. 2. remotum.
        - 3. uſurpatum ab Andromache dum
          - 1. regnum adhuc ſtabat.
          - 2. tranſibat ſæpe ſola.
          - 3. inviſura ſocerum.
          - 4. ductura avo puerum.
      - 3. aſcenſus
        - 1 à ſubjecto regiæ faſtigio.
        - 2. ab adjuncto irrito Trojanorum ſtudio.
      - 4 actus eſt præcipitatio turris
        - 1. à ſitu & altitudine.
        - 2. ab uſu proſpiciendi 1. Trojã. 2. Græcorũ 1. claſſem. 2. caſtra.
        - 3. à forma
          - 1. aggreſſione. 2. convulſione. 3. impulſione.
          - 4. devolutione
            - 1. ab adjuncto ſonitu.
            - 2. ab objecto, ſuper agmen hoſtiũ.
        - 4. ab eventu
          - 1. recentium ſucceſſione.
          - 2. defenſionis continuatione per ſaxa & tela.
- 2. Expugnatio. *vid. ſeqq.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0045-6

z) Hectoris filium. a) Extremus conatus in præcipitatione turris.
b) Alto, prærupto. c) Hyperbole. d) Zeugma. e) Ubi paries propter foramina, quibus trabium extrema inſerta erant, invalidior erat.
f) Verſus rei accommodatiſſimi. g) Zeugma.

---

*Veſtibulum ante ipſum, primoq́; in limine* [a] *Pyrrhus*
*Exultat telis, & luce* [b] *coruſcus ahena.*
Qualis ubi in lucē coluber [c] mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra [d] tumidū quem bruma tegebat,
Nunc [e] poſitis novus exuviis, nitidusq́; juventa,
Lubrica convolvit ſublato pectore terga
[f] Arduus ad ſolem, & linguis micat ore [g] triſulcis.
*Una ingens* [h] *Periphas, & equorum agitator Achillis*
*Armiger* [i] *Automedon, una omnis* [k] *Scyria pubes*
*Succedunt tecto, & flammas ad culmina jactant.*
*Ipſe inter* [l] *primos correpta dura bipenni*
*Limina perrumpit, poſtesq́; à cardine vellit*
*Æratos: jamq́; exciſa trabe firma* [m] *cavavit*
*Robora & ingentem lato dedit ore* [n] *feneſtram.*
*Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt:*
*Apparent Priami & veterum penetralia regum,*
[o] *Armatosq́; vident ſtantes in limine primo.*

a) Neoptolemus Achillis filius ex Deidamia Lycomedis filia.
b) Fulgore armorum æreorum. ἐνδιοσ.
c) Venenum generantia; vel lebe- ridem promoventia, ut fœniculum.
d) Veneno inflatum.
e) Singulis annis pelle bis exutus, viridi juventa novus apparet, & rejuveneſcit.
f) Solis appetens atque apricans.
g) Lingua ob celerem motum triplex videtur in ſerpente.
h) Ætolorum princeps.
i) Achillis auriga, Pyrrhi armiger.
k) Metaph. Juventus à Scyro Inſula Patria Pyrrhi, una de Cycladibus.
l) Imperator non aliis tantum imperet, ſed ipſe pugnet; nec poſt principia, ſed inter primos.
m) Perforavit. Vim Pyrrhi amplificat
n) Tapinoſis in dictione Feneſtram, quam tamen ſuo more epitheto ſublevat.
o) Defenſores regiæ, quos mox cuſtodes vocat.

*At*

Expugnatio Regiæ *diſtribuitur*

- 1. Veſtibulo;
  - *1. à Cauſa*
    - *1. Principali* Pyrrho, *cujus ferocia*
      - *1. proponitur*
        - *1. à ſubjecto loco, in primo limine exultat.*
        - *2. ab adjuncto, fulgore armorum coruſcat.*
      - *2. amplificatur per comparat. colubri*
        - *1. ab eſu & uſu fœniculi.*
        - *2. à latitatione brumali.*
        - *3. à renovatione vernali.*
        - *4. à provolutione elata ad Solem.*
        - *5. à ſibilo linguæ triſulcæ.*
    - *2. Socia, quæ deſcribitur*
      - *1. Diſtributione,*
        - *1. Periphas ingens.*
        - *2. Automedon*
          - *1. Achillis auriga.*
          - *2. Pyrrhi armiger.*
      - *2. Aſſumptione, omnis juventæ Scyriæ.*
      - *3. Effectu, jactatione incendii.*
    - *3. Inſtrumentali; correpta bipenni Pyrrhus initium facit.*
    - *4. Formali;*
      - *1. limina perrumpit.*
      - *2. poſtes è cardine vellit.*
      - *3. trabe exciſa robora cavavit.*
      - *4. latum foramen fecit.*
  - *2. ab Effectu,*
    - *1. patefactione*
      - *1. atriorum.*
      - *2. penetralium*
        - *1. Priami.*
        - *2. veterum regum.*
    - *2. conſpectione ſatellitum armatorum.*
- 2. Penetrali. *vid. ſeq.*

*At domus interior gemitu miſeroq́;* [a] *tumultu*
[b] *Miſcetur, penitusq́;* [c] *cavæ* [d] *plangoribus ædes*
*Fœmineis* [e] *ululant:* [f] ferit aurea ſidera clamor.
*Tum pavidæ tectis matres ingentibus* [g] *errant,*
*Amplexæq́; tenent* [h] *poſtes, atq́; oſcula figunt.*
Inſtat vi [i] patriâ Pyrrhus, nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent. [k] *Labat* [l] *ariete crebro*
*Janua, & emoti procumbunt cardine poſtes.*
Fit via [m] vi: *rumpunt aditus, primosq́; trucidant*
*Immiſſi Danai, & latè loca milite complent.*
[n] *Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis*
*Exiit, oppoſitasq́; evicit gurgite* [o] *moles,*
*Fertur in arva furens cumulo, camposq́; per omnes*
*Cum ſtabulis armenta trahit. Vidi ipſe furentem*
*Cæde* [p] *Neoptolemũ,* [q] *geminosq́; in limine Atridas:*
*Vidi Hecubam,* [r] *centumq́; nurus, Priamumq́; per aras*
*Sanguine* [ſ] *fœdantem, quos ipſe ſacraverat,* [t] *ignes.*
*Quinquaginta illi* [u] *thalami,* ſpes tanta nepotum.
[x] *Barbarico poſtes auro ſpoliisq́;* [y] *ſuperbi*
*Procubuere:* [z] Tenent Danai, quà deficit ignis.

*Forſi-*

a) Propriè tumultus eſt ingens perturbatio, & quidem tanta, ut ſubinde major ac major inde oriatur.

b) Metaphora pathetica.

c) Cavædium indicatur, quod poſt atrium erat; Sive camerata tecta

d) Plangor & planctus propriè eſt immoderatus fletus cum corporis agitatione.

e) Lugubrem vocem edunt. Metaphora ab ululis vel lupis.

f) Hyperbole.

g) Sine ordine vagantur ſparſim, quemadmodum pecudes inter paſcendum divagantur. Metaph.

h) Religione ſacros & ſibi familiares extremo amplexu, oſculo, & valedicto ſalutant. Alluſum ad Romanorum morem tribuentiũ aliquid religionis poſtibus & liminibus. Et Medea patriam relictura poſtibus oſcula fixit.

i) More patrio, violenter, crudeliter.

k) Verbum Emphaticum, pro, momento in terram ſternitur.

l) Proceleusmaticus. Aries a. erat trabs ingens ferro præmunita, transverſis aſſeribus intra teſtudinem plerumque ſuſpenſa & librata, quæ à multitudine retroacta ad majorem impetum, deinde emiſſa propellebatur ad quaſſanda, labefactanda, diruendaque mœnia.

m) Gravis & rei præcipiti accommodata compoſitio.

n) In hac ſimilitudine quadrata omnia.

o) Aggeres.

q) Novitium militem Pyrrhum.

r) Numerus certus pro incerto, per Synecd Variant authores in catalogo liberorum Priami.

ſ) Catachreſis. Cruentantem vel ſanguine imbuentem ſacrificiorum.

t) Quos pervigiles & perpetuos ſacraverat in ara Jovis Hercei.

u) Cubilia, cubicula, cameræ nuptiales. Cæterùm de numeroſa prole Priami vide theatrum Raviſii.

x) De barbaris parto. Virgilius enim ſub perſona Æneæ nunquam res Trojanas appellaſſet barbaricas; nec Romani avos ſuos Trojanos in barbaris ducebant: Et erant Trojani Græcorum coloni, & græcè loquebantur.

y) Aureis barbarorum ſpoliis ſplendidiſſimè decorati, eoque nomine viſendi & admirandi.

z) Epiphonema, ubi graſſari deſinit incendium, ibi graſſatur cædes & rapina hoſtium.

## TAB. XX.

**Regiæ Penetralis Expugnatio conſtat**

- 1. *Adjuncto luctu fœmineo, per*
  - 1. *Pathopœiam*
    - 1. *à gemitu, miſeroq; tumultu.*
    - 2. *ab ululatu & plangore.*
    - 3. *ab ingenti clamore.*
  - 2. *Hypotypoſin, matrum*
    - 1. *per conclavia errantium expavere.*
    - 2. *Poſtes*
      - 1. *amplexantium.*
      - 2. *oſculantium.*
- 2. *Cauſa*
  - 1. *Principali,* Pyrrho,
    - 1. *à virtute patria.*
    - 2. *ab objectis fruſtra*
      - 1. *clauſtris.*
      - 2. *cuſtodibus.*
  - 2. *Inſtrumentali, arietis crebri pulſatione labat janua.*
  - 3. *Formali, poſtium è cardinibus emotione.*
- 3. *Effectu, qui vel*
  - 1. *proponitur: Græci*
    - 1. *vi irrumpunt.*
    - 2. *primos quosq; trucidant.*
    - 3. *loca milite complent.*
  - 2. *amplificat. Comparat.*
    - 1. *Protaſi, à natura amnis*
      - 1. *aggeribus ruptis exeuntis.*
      - 2. *oppoſitas moles vincentis.*
      - 3. *aquarum cumulo furentis.*
      - 4. *per campos ſeſe effundentis.*
      - 5. *armenta cum ſtabulis trahentis.*
    - 2. *Apodoſi*
      - 1. *ab adjuncto furore*
        - 1. Pyrrhi.
        - 2. Agamemnonis *&* Menelai.
      - 2. *ab objecto*
        - 1. *perſonali*
          - 1. Hecuba *cum nuribus.*
          - 2. Priamo *ſacrificante.*
        - 2. *reali, thalamorum*
          - 1. *numero.*
          - 2. *ſpe nepotum.*
          - 3. *magnifica materia.*
  - 3. *clauditur Epiphonemate: ubi non graſſatur hoſtis, ibi ignis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0049-2

*[a] Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras.*
*Urbis ubi captæ caſum, convulſaq; vidit*
*Limina tectorum, & [b] medium in penetralibus hoſtem,*
*Arma diu [c] ſenior deſueta trementibus ævo*
*Circundat nequicquam humeris, & [d] inutile ferrũ*
*Cingitur, ac denſos fertur moriturus in hoſtes.*
*[e] Ædibus in mediis, [f] nudoq; ſub ætheris axe*
*Ingens [g] ara fuit, juxtaq; veterrima [h] laurus,*
*Incumbens aræ, atq; umbra complexa [i] penates.*
*Hic [k] Hecuba & natæ nequicquam altaria [l] circũ,*
*Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ,*
*[m] Condenſæ, & divûm [n] amplexæ ſimulacra tenebant.*
*Ipſum autem ſumtis Priamum juvenilibus armis*
*Ut vidit: [o] Quæ mens tam [p] dira miſerrime cõjux,*
*Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit:*
Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget; *non, ſi ipſe meus nunc afforet Hector.*
Huc tandem concede: hæc ara tuebitur omnes;
*Aut moriere ſimul. Sic [q] ore effata recepit*
*Ad ſeſe, & ſacra [r] longævum in ſede locavit.*

a) Æneas ad Didonem hoc loquitur, de quâ lib. 1. Multa ſuper Priamo rogitans &c.

b) Hypallage. In mediis ædibus regiis.

c) Deſcribit animum ejus verè regium & generoſum, quamvis ſenecta jam debilitatum, viribus carentem, qui rebus deploratis etiam in hoſtem ſeſe armat, ut armatus decorè moriatur.

d) Utpote unius, & quidem capularis ſenis.

e) Intra ædium ſepta.

f) Sub dio, qui locus in ædibus hypæthrus eſt, h. e. ſubdialis, ſive impluvium.

g) Jovis Hercei, ita dicta, quòd undique muro ſepta, munitaque eſſet, ἀπὸ τοῦ ἕρκους, quod ſignificat ſeptum.

h) In medio atrii arte mathematica facta, cujus ſtipes ex puro & puto auro 12. cubitorum, in ſummo diffundebat ſe in ramos, qui totum atriũ tegebant. Flores, rami, & folia ejus partim ex auro, partim argento erant, & inter gemmas fruct⁹ radiabant. Hanc Ulyſſes & Diomedes, vel ut alii, Palamedes, legati ad Helenam repetendam miſſi ad ſtuporem usque admirati dicuntur.

i) Deos domeſticos.

k) Ratæ ſe religionis beneficio ad hanc aram tutas forè, huc omnes tanquam ad Aſylum confugerunt; verùm in bello nulli parcitur loco, quare ſubjungit: nequicquam.

l) Anaſtrophe.

m) Turmatim collectæ columbarum inſtar.

n) Tutas ſe fore ſperantes ab hoſtili injuria, loci ſacri religione.

o) Ellipſis verbi, Inquit, vel ejusmodi.

p) Quaſi Deorum ira immiſſa, infuſa.

q) Pleonaſmus.

r) Pathos ab ætate.

- **Regis Priami notandus eſt**
  - 1. Irritus conatus, qui deſcribitur
    - 1. *Antecedente narrantus Æneæ occupatione, p Tranſitionem de fatis Priami, occurrentis tacito Didonis deſiderio.*
    - 2. *Impulſiva, quæ eſt*
      - 1. *Vrbis captæ caſus.*
      - 2. *Expugnatio regiæ.*
      - 3. *Hoſtis præſentia.*
    - 3. *Adjuncta armatura*
      - 1. *ab inutili*
        - 1. *armorum deſuetudine.*
        - 2. *ætatis invaletudine.*
      - 2. *à fine, ut decorè moriatur.*
    - 4. *Subjecto loco, arâ, per Topograph.*
      - 1. *à ſitu*
        - 1. *in medio aulæ.*
        - 2. *ſub dio.*
      - 2. *ab adjunctæ lauri*
        - 1. *vetuſtate.*
        - 2. *opacitate.*
      - 3. *à fine, ſeu uſu, qui*
        - 1. *proponitur, à religioſo refugio Hecube cũ natabus.*
        - 2. *amplificatur comparatiõis*
          - 1. *Protaſi: ut columbæ condenſæ fugiunt tempeſtatem.*
          - 2. *Apodoſi: ita regiæ matronæ ad ſimulacra Deorum cõfugiunt.*
    - 5. *Oppoſitio Hecubæ*
      - 1. *dictis, quorum*
        - 1. *Impulſiva eſt conſpectus Priami juveniliter armati.*
        - 2. *Forma, conſtat*
          - 1. *Propoſitione, qua reprehendit Priami*
            - 1. *armaturam.*
            - 2. *audaciam.*
          - 2. *Ratione ab*
            - 1. *inutili*
              - 1. *auxilio.*
              - 2. *defenſione.*
            - 2. *impoſſibili, nec Hector poſſet reſiſtere, ſi adforet.*
          - 3. *Complexione, cujus*
            - 1. *Protaſis, concede huc ad aram.*
            - 2. *Motus*
              - 1. *à religione loci.*
              - 2. *à morte communi.*
      - 2. *Factis, Priamum*
        - 1. *ad ſe recepit.*
        - 2. *ad aram collocavit.*
  - 2. Tragicus exitus. *vid. ſeq.*

*Ecce autem, elapſus Pyrrhi de cæde* [a] *Polytes,*
*Vnus natorum Priami, per* [b] *tela, per hoſtes*
*Porticibus longis fugit, &* [c] *vacua atria luſtrat,*
*Saucius, illum ardens infeſto* [d] *vulnere Pyrrhus*
*Inſequitur, jamjamq;* [e] *manu tenet, & premit haſtâ.*
*Vt tandem* [f] *ante oculos evaſit & ora parentum,*
*Concidit, ac multo vitam* [g] *cum ſanguine fudit.*
*Hic Priamus, quanquam in* [h] *media jam morte tenetur,*
*Non tamen abſtinuit,* [i] *nec voci iræq; pepercit.*
[k] At tibi pro ſcelere (*exclamat*) pro talibus auſis,
[l] Dii (ſi qua eſt cœlo pietas, quæ talia curet)
Perſolvant [m] grates dignas, & præmia reddant
Debita: *qui* [n] *nati coram me cernere letum*
[o] *Feciſti, & patrios fœdaſti* [p] *funere vultus.*
*At non* [q] *ille, ſatum quo te mentiris, Achilles,*
*Talis* [r] *in hoſte fuit Priamo: ſed* [ſ] *jura fidemq;*
*Supplicis* [t] *erubuit: corpusq; exſangue ſepulchro*
[u] *Reddidit Hectoreum, meq; in mea regna remiſit.*
*Sic fatus ſenior: telumq;* [x] *imbelle* [y] *ſine ictu*
*Conjecit: rauco quod protinus* [z] *ære repulſum,*
*Et ſummo clypei* [a] *nequicquam* [b] *umbone pependit.*
*Cui Pyrrhus:* [c] *Referes ergò hæc, & nuntius ibis*
*Pelidæ genitori: illi mea* [d] *triſtia facta,*
[e] *Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.*
*Nunc morere.* [f] *Hæc dicens,* [g] *altaria ad ipſa trementem*
*Traxit, & in multo* [h] *lapſantem ſanguine nati:*
[i] *Implicuitq; comam læva: dextraq; coruſcum*
[k] *Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.*
[l] Hæc finis Priami fatorum: hic exitus illum
[m] Sorte tulit, Trojā incenſam & prolapſa videntē
Pergama, tot quondā populis terrisq; [n] ſuperbū
[o] Regnatorē Aſiæ. [p] Jacet ingens [q] littore truncus,
[r] Avulsūq; humeris caput, & ſine nomine corp9.

a) Caſum regis memoraturus, ejus occaſionem ad filium refert.
b) Per tela hoſtilia. ἐν διὰ.
c) Deſerta à Trojanis, vel ampla, ſpatioſa. d) Telo vulnus minãte.
e) Hypotyp. inſtantis, prenſantis.
f) Cum difficultate tandem in cōſpectum parentum fugit.
g) Mortuus in ipſo caſu, animam effundit, cujus ſedes in ſanguine eſſe credebatur. h) Manifeſta, certa. i) Invictam Priami animoſitatem deſcribit. k) Particula *At* increpationi aptiſſima.
l) Reſpexit ad juſtam vindictam, quæ illum jam domum reverſum ſecuta eſt, ab Oreſte oppreſſum.
m) Ironia, qua imprecatur diras & pœnas. n) Atrocitas ſpectaculi à relatis notatur. o) Helleniſmus à Latinis eleganter uſurpat.
p) Cæde. Metonym. q) Increpat eum à diſſimilitudine virtutis paternæ. r) In me. Enallage.
ſ) Ne hoſtis ab hoſte violarer, fidē pacis & ſalvi conductus datam ſervavit. t) Quod Rex canus & ſenecta venerandus, ex urbe in tentorium ſuum, filii corpus auro redempturus, Mercurio duce deſcenderet: at te non puduit natum coram patre trucidare.
u) Tanquam debitum. Hoſti debetur anima, corpus ſepulchro, quia hoc in nullius poteſtate. x) Inutile, imbecille, infirmū. y) Sine viribus ac vulnere. z) Scuto, ſeu clypeo æreo Meton. *a*) Fruſtra, ſine effectu, quod neq; penetrarit nec vulnus fecerit. *b*) In media clypei parte, quæ propriè umbo dicitur, hinc umbilicus cujuslibet rei medium. *c*) Jocus cum amaritudine, & hoſtilis irriſio.
*d*) Triſtitiam allatura ſcilicet parenti meo Iron & Meton.
*e*) Non reſpondentem moribus patriis.

*At*

**Tragicus Priami exitus conſtat**

- 1. Occaſione, quæ eſt
  - 1. Polytis regii filii fuga, à termino
    - 1. à quo, à Pyrrhi cæde.
    - 2. per quem. per tela, per hoſtes, porticibus longis.
    - 3 ad quem, ad atria, quæſitum Parentis opem.
  - 2. Pyrrhi ſequela,
    - 1. ab adjuncto ardore vulnerandi.
    - 2. ab actu 1. manu prehendit 2. haſta transfigit.
    - 3. ab effectu, p Pathopœiã, ille in cõſpectu Parentũ
      - 1. ſaucius concidit.
      - 2. vitam cum ſanguine fundit.
- 2 Cauſa, quæ eſt Priami
  - 1. increpitio,
    - 1. ab abjuncta 1. mortis præſentia. 2 parrheſia. 3. iracundia.
    - 2. à forma, cujus
      - 1. Propoſitio conſtat
        - 1. exprobratione impietatis.
        - 2. obteſtatione divinæ pietatis.
        - 3. imprecatione ultionis, per Ironiam.
      - 2. Ratio per
        - 1. Pathopœiam, quia
          - 1. coràm filium occidiſti.
          - 2. patrium vultum fœdaſti.
        - 2. Comparationem, cujus
          - 1. Protaſis, mentiris te filium Achillis.
          - 2. Ratio, ille
            - 1. fidem ſervavit mihi ſupplici.
            - 2. corpus Hectoris reddidit.
            - 3. me liberum remiſit.
  - 2. jaculatio teli
    - 1. imbellis ſine impetu. 2. clypeo repulſi.
    - 3. umboni fruſtra infixi.
- 3 Forma, quæ eſt Pyrrhi
  - 1. Sarcaſmus
    - 1. refer parenti meo ſcelera mea.
    - 2. nuncia mores meos degeneres. 3. nunc morere.
  - 2. Actus p
    - 1. Pathopœiam, à loco, traxit
      - 1. trementem ad aram.
      - 2. lapſantẽ in ſanguine nati.
    - 2. Hypotypoſin
      - 1. ſiniſtrâ comam implicuit.
      - 2. dextrâ enſem
        - 1. evaginavit.
        - 2. lateri abdidit.
- 4. Eventu, qui
  - 1. Proponitur Epiphonemate, à cauſa fatali.
  - 2. Amplificatur, per Pathopœiam, à miſerabili
    - 1. Spectaculo, quo vidit prius Trojam incenſam, regnum exciſum.
    - 2. Cataſtrophe p diſſimilia:
      - 1. quondã rex Aſiæ glorioſus.
      - 2. nunc jacet
        - 1 truncus in littore.
        - 2. corpus ſine nominẽ & capite.

triis. ſ)Egregia *Auxeſis* &Hypotyp. Hæc dicens traxit regem, traxit ſenem, tremulum, ad aras, labantem in ſanguine filii. *g*)Unde ſperabat opem. Vel quia Achilles ad aram occiſus. *h*)Crebrò labantem, vacillantem. *i*) *A* rei indignitate. *k*)Extraxit. *l*)Ut metro ſeu rationi muſicæ conſuleretur, maluit dicere hæc, quàm hic. *m*)Fatali neceſſitate. *n*)Clarum ac potentem. *o*)Regem Phrygiæ. Synecd. *p*)Tanquam funus. *q*) Utramq; opinionē tuetur Poëta, qua alii ad arā, alii in Sigæo Priamum volunt occiſum. *r*) Alludit ad Pompeium. *ſ*)Sine agnitione, dignitate.

---

*At me tum*[a] *primùm ſævus circumſtetit horror:*
*Obſtupui:*[b] *ſubiit cari genitoris imago:*
*Vt regem*[c] *æquævum crudeli vulnere vidi*
*Vitam exhalantem: ſubiit deſerta Creuſa,*
*Et*[d] *direpta domus, & parvi caſus Iuli.*
*Reſpicio, & quæ ſit*[e] *me circum*[f] *copia luſtro.*
*Deſeruêre*[g] *omnes defeſſi, & corpora*[h] *ſaltu*
*Ad terram misère, aut ignibus ægra dedêre.*
[i] *Iamq; adeo ſuper unus*[k] *eram, quum limina Veſtæ*
*Servantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem*
[l] *Tyndarida aſpicio. Dant clara incendia lucem*
*Erranti, paſſimq; oculos per cuncta ferenti.*
*Illa ſibi*[m] *infeſtos everſa ob Pergama Teucros,*
*Et pœnas Danaûm, & deſerti conjugis iras*
*Permetuens,* Trojæ & patriæ communis[n] Erinnys,
*Abdiderat ſeſe, atq;*[o] *aris inviſa ſedebat.*
[p] *Exarsêre ignes animo: ſubit ira, cadentem*
*Vlciſci patriam, &*[q] *ſceleratas ſumere pœnas.*
[r] *Scilicet hæc Spartam incolumis*[ſ] *patriasq; Mycenas*
*Aſpiciet? partoq; ibit*[t] *regina triumpho?*
*Conjugiumq;*[u] *domumq; patres natosq; videbit,*
[x] *Iliadum turbâ & Phrygiis comitata miniſtris?*
*Occiderit ferro Priamus? Troja arſerit igni?*
[y] *Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?*
*Non ita.*[z] Namq; & ſi nullum memorabile nomē
Fœmineâ in pœnâ eſt, nec habet victoria laudē:
Exſtinxiſſe[a] nefas tamen, & ſumpſiſſe[b] merentis
Laudabor pœnas:[c] animumq;[d] expleſſe juvabit
Ultricis flammæ,[e] & cineres ſatiaſſe meorum.

*Talia*

a) Bonus Imperator non niſi ex neceſſitate cedit.
b) Subit poſt publicam privata & domeſtica cura. c) Patri meo.
d) Quaſi direpta, rapinæ expoſita.
e) Anaſtrophe.
f) Quantus numerus.
g) Sic ſe purgat, ut alios non culpet, ſed excuſet deſertionē, quòd eſſent defeſſi.
h) Præcipites ſe dedere ex deſperatione. i) Sequentes 22. versꝰ nōnulli rejiciunt, ut adulterinos.
k) Tmeſis. l) Helenam.
m) Nec mirum ſi neque apud Trojanos, neque apud Græcos ei locus, ac proinde ad aram & aſylum confugit, quanquam alii aliter.
n) Furibundi belli fax, calamitas fatalis. *Auxeſis* & Appoſitio.
o) In aris. Vel inviſa Diis.
p) Ira ſanguinis ardor circa cor.
q) Hypall. de ſcelerata.
r) Ironia continuata.
ſ) Patriam non ſuam, ſed conjugis.
t) Tanquam Regina de nobis triumphatura.
u) Polyſyndeton elegans.
x) Captivarum Troadum.
y) Coacervatæ Interrogationes rei indignitatem exaggerant.
z) Ætiologia & Gnome.
*a*) Nefariam. Auxeſis.
*b*) Merenteis, i.e. meritas. Enall.
*c*) Ira ultrice inflammatum.
*d*) Expleviſſe, Syncope.
*e*) Manes & umbras occiſorum civium hac hoſtia, his inferiis placaſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0054-6

- Eventus Excidii Trojani eſt Æneæ
  - 1. Lucta, quæ conſtat
    - 1. Affectu Æneæ propoſito,
      - 1. Concupiſcibili,
        - 1. Συμπαθεία caſti Priami, ab effecto 1 horrore. 2 ſtupore.
        - 2. Στοργὴ erga
          - 1. Parentē, ubi
            - 1. Propoſitio, incidit memoriæ Parētis ima-(go.
            - 2. Ratio, à viſa cæde Priami æquævi.
          - 2. Vxorem deſertam.
          - 3 Domum rapinæ expoſitam.
          - 4. Filium periclitantem. (Hypotypoſin.
        - 3. Φιλαυτία quâ ſuæ ſaluti conſulit, ob ſociorum
          - 1. deſertionē, ab
            - 1. adjuncta reſpectione, p
            - 2. impulſiva, quia defeſſi.
          - 2. præcipitationē 1. ad terram. 2 in ignē.
      - 2. Iraſcibili, ulciſcendæ Helenæ,
        - 1. Occaſione, quæ eſt
          - 1. conſpectio,
            - 1. ab adjuncta ſolitudine, qua ſupererat unq.
            - 2. à ſubjecto loco, in tēplo Veſtæ, ejusq; adyto.
            - 3. ab inſtrumentali incendiorū, per Expolit.
          - 2. occultatio,
            - 1. ab impulſiva, metu pœnæ,
              - 1. Trojanorū. 2. Græcorū.
              - 3. Mariti.
              - 4. Trojæ & patriæ.
            - 2. à fine, ut eſſet tuta, tanquam in aſylo.
        - 2. Impulſione
          - 1. interna, ſeu naturali, exarſione ſanguinis circa cor. (unde ira.
          - 2. externa, ſive morali,
            - 1. Patriæ vindicta.
            - 2. ſceleris pœna. (nas.
      - 3. Deliberatiōe pathetica, cujus
        - 1. Propoſitio: Helena eſt indigna
          - 1. reditu in patriā. 1. Spartam. 2. Mycenas.
          - 2. triumpho regio. 3. reviſione familiæ
          - 4. comitatu Trojano.
        - 2. Ratio, quia ejus cauſa
          - 1. Priamus occidit miſerè.
          - 2. Troja incendio conſumpta.
          - 3. Trojanorum ſanguis plurimus fuſus.
        - 3. Cōplexio, per occupationis
          - 1. objectionem, ab inhoneſto. fœminea 1. pœna. 2. victoria.
          - 2. ſubjectionem,
            - 1. ab hōeſto, merentis
              - 1. extinguere nefas.
              - 2. ſumere pœnas.
            - 2. à jucundo, vindicta
              - 1. patriæ incenſæ.
              - 2. civiū occiſorū.
    - 2. Conſilio Veneris oppoſito. vid. ſeq.
  - 2. Fuga. vid. ſeqq.

*Talia [a] jactabam, & furiatâ mente ferebar:*
*[b] Quum mihi ſe, non antè oculis tam clara, videndam*
*Obtulit, & purâ per noctem in luce refulſit*
*Alma [c] parens, confeſſa deam: [d] qualisq́; videri*
*Cælicolis & quanta ſolet: [e] dextraq́; prehenſum*
*Continuit: [f] roſeoq; hæc inſuper addidit ore:*
[g] *Nate* quis indomitas tantus dolor excitat iras?
*Quid furis? aut quó nam [h] noſtri tibi cura receſſit?*
*Non priùs aſpicies, ubi [i] feſſum ætate parentem*
*Liqueris Anchiſem? [k] ſuperet conjuxne Creuſa,*
*Aſcaniusq; puer? [l] quos omnes undiq; Grajæ*
*Circum errant acies: &, ni mea cura [m] reſiſtat,*
*Iam flammæ [n] tulerint, inimicus & hauſerit enſis.*
Non tibi Tyndaridis facies invîſa [o] Lacænæ,
[p] Culpatusve Paris; verùm [q] inclementia divûm,
Has evertit opes, ſternitq; à culmine Trojam.
*Aſpice (namq; omnem, quæ nunc obducta [r] tuenti*
*Mortales [ſ] hebetat [t] viſus tibi, & humida circum*
*Caligat, nubem eripiam:* [u] tu ne qua Parentis
Juſſa time, neu præceptis parêre [x] recuſa)
*Hic ubi disjectas [y] moles, avulſaq; ſaxis*
*[z] Saxa vides, miſtoq; undantem pulvere fumum:*
*[a] Neptunus muros, magnoq́; emota tridenti*
*[b] Fundamenta quatit, totamq; [c] à ſedibus urbem*
*Eruit. Hic Iuno Scæas [d] ſæviſſima portas*
*Prima tenet, ſociumq; [e] furens à navibus agmen*
*Ferro accincta vocat.*
*Iam ſummas arces [f] Tritonia (reſpice) Pallas*
*Inſedit, nimbo effulgens & [g] Gorgone ſævâ.*
*Ipſe pater Danais animos viresq; ſecundas*
*[h] Sufficit, ipſe deus in Dardana ſuſcitat arma.*
*[i] Eripe nate fugam, finemq; impone labori.*
*Nuſquam abero, & tutum patrio te [k] limine ſiſtam.*
*Dixerat, & ſpiſſis noctis ſe [l] condidit umbris.*

a) Extremum Æneæ periculum oſtendit Poëta, quo non potuerit expediri niſi divino auxilio.

b) θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανεὶς. vide Adag. Deus ex improviſo apparens.

c) Mater Venus.

d) Spectatria cœlicolis. Nam majores eſſe credebant habitu corporis Deos, quàm homines.

e) Quia Helenæ ictum minabatur. Sic quidem ratio, quæ nobis tanquam mater eſt, illa ſuperior pars animi noſtri, cui regnum in inferiores conceſſum eſt à Deo, nos ſæpe in ſcelera jam jam lapſuros retrahit & increpat; cujus monita ductumque ſi ſequemur, cœleſte numen propitium ſemper habebimus.

f) Roſa flos Veneri ſacer.

g) Hortatur mater filium, ut pietatis potiùs quàm vindictæ rationem habeat

h) De me, meisque, quod cogitas interficere eam, quam ipſa Paridi pro ſuis in me meritis dedi.

i) Præcipiti ætate.

k) Supervivat, ſuperſtes ſit.

l) Apoſtrophe. Circum quos.

m) Enallage. Niſi mea cura reſtitiſſet.

n) Jam flammæ tuliſſent, & ignis hauſiſſet.

o) Laconicæ, ſeu Spartanæ, Tyndari filiæ.

p) Illaudatus plerisque.

q) Decorè Poëta Veneri Paridis & Helenæ patrocinium tribuit, cujus opera & beneficio conjuncti erant; prudenter itaque ambos culpa eximit, eam in Deos & fata transmovens.

r) Enall. figuræ, pro Intuenti.

ſ) Niſi cæcitatis caligo, atque ignorantiæ nubes pectoribus excutiatur; inter voluptates & virtutes

nihil

Ap-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0056-7

Oppoſitum Veneris Conſilium conſtat

- 1. Communicatione, *quæ deſcribitur*
  - 1 Apparitione, *cujus*
    - *1. Occaſio eſt furioſa Æneæ jactatio.*
    - *2. Adjuncta ſunt 1. claritas inſolita. 2. fulgor per noctem.*
    - *3. Forma divinitatem arguens qualitate & quantitate.*
    - *4. Actus 1. dextrâ prehendentis. 2. ore roſeo compellantis.*
  - 2. Allocutione, *cujus*
    - *1. Exordium*
      - *1. Protaſi reprehendit 1. concitatũ furorẽ. 2. curam intermiſſam.*
      - *2. Ætiologia*
        - *1. à pio, prior vindictâ debet eſſe ſalus*
          - *1. Parentis annoſi.*
          - *2. Vxoris. 3. Filii.*
        - *2. à periculoſo, cujus*
          - *1. poſitio, verſantur inter medios hoſtes.*
          - *2. averſio,*
            - *1. à cauſa, Veneris ipſius cura.*
            - *2. ab objecto igne & hoſte.*
    - *2. Propoſitio conſtat Tranſlatione culpæ, per*
      - *1. ἄρσιν, non Helena, vel Paris.*
      - *2. θέσιν, ſed*
        - *1. inclementia Deorum.*
        - *2. evertit Trojam.*
    - *3. Confirmatio, per*
      - *1. Hypotypoſin,*
        - *1. captat attentionem: aſpice.*
        - *2. probat detractione nubis*
          - *1. viſum hebetantis.*
          - *2. caligantis.*
        - *3. hortatur per Expolitionem, ne*
          - *1. timeat parentis juſſa.*
          - *2. recuſet parere præceptis.*
      - *2. Diſtributionem cauſarũ*
        - *1. Neptunus ab*
          - *1. objectis, molibus & ſaxis disjectis.*
          - *2. adjunctis ſignis, pulvere & fumo.*
          - *3. inſtrumento tridenti.*
          - *4. effecto, fundamenta quatit, eruit urbem.*
        - *2. Iuno, ab 1. effectu 1. portas occupat. 2. hoſtes advocat.*
        - *3. Pallas ab*
          - *1. effectu, occupat arcem.*
          - *2. habitu, nimbi & clypei.*
        - *4. Iuppiter contra Trojanos*
          - *1. animat Græcos.*
          - *2. armat Deos.*
    - *4. Clauſula*
      - *1. exhortatur ad fugam, intermiſſo reſiſtendi labore.*
      - *2. pollicetur ſecuritatem ad ædes paternas.*
  - 3. Diſparitione, *ab adjuncta tenebroſa nocte.*
- 2. Executione. *vid. ſeq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0057-3

nihil magnopere dijudices: ſed mens erroris nebulam exuta, divinitusque illuſtrata, divinam providentiam & potentiam agnoſcit erroremque ſuum demum intelligit.

t) Oculos. Meton. u) Veretur ut pareat. x) κακέμφατον, reiteratio unius Syllabæ.

y) Quas velit moles, ſtatim ſubijcit, ſaxa ſaxis murorum avulſa. z) Anadiploſis vel Polyptoton.

a) Neptuno tribuit deſtructionem murorum. b) Non ſolum mare, ſed etiam terram movet, maritimasque urbes. c) Fundamentis. d) Junoni portarum occupationem dedit, quæ fugam vetaret. e) Irata, furore percita. f) A Tritone lacu Africæ dicta. Huic arces tribuit occupandas. g) Capite Meduſæ, quæ Gorgon dicitur, & in Palladis erat clypeo.

h) Juppiter ſubminiſtrat vires, animosq; hoſtibus, qui omnibus æquus eſſe ſolet.

i) Cape celeriter. k) Domo. Synecdoche.

l) Deſiit videri in umbris nocturnis.

---

a) Reſpicit ad nubem oculis detractam.

b) Horrendæ, infeſtæ. ἓν δὶς.

c) Collabi in cineres.

d) A Neptuno & Apolline muris cincta.

e) Non ſi ipſe Juppiter Poëta fiat, meliùs loquatur. Antiquam ornum cum antiqua Troja comparat. Acciſam ferro illam, hanc longinquo bello attentatam. Agricolæ Græci ſunt. Naturam vero ſpecta ipſius arboris. Illa minatur; ſed usque & usque, & tremefacta & nutat. Paulatim evicta. Addidit & attributionē, congemuit. Nam ictibus ſanè reſpondet arbor ſonitu. Et traxit ruinam ſecum, ſicut Ilii everſio traxit ſecum Æneæ opes, Antenoris, Heleni & aliorum. Scalig. Poët. lib. 5. c. 3. Edit. 4. pag. 536.

[a] *Apparent*[b] *diræ facies, inimicaq; Trojæ*
*Numina magna deûm.*
*Tum verò omne mihi viſum*[c] *conſidere in ignes*
*Ilium, & ex imo verti*[d] *Neptunia Troja.*
[e] *Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum*
*Quum ferro acciſam crebrisq; bipennibus inſtant.*
*Eruere agricolæ certatim: illa usq;*[f] *minatur,*
*Et tremefacta*[g] *comam concuſſo vertice nutat:*
[h] *Vulneribus donec paulatim evicta, ſupremùm*
[i] *Congemuit, traxitq; jugis avulſa ruinam.*
*Deſcendo, ac* ducente[k] Deo,[l] flammam inter & hoſtes
[m] Expedior: dant tela locum, flammæque[n] recedunt.

*Aſt*

f) Eminet, unde & minæ pro faſtigiis: vel nutante vertice ruinam minatur. g) Ramos. Metaph.

h) Ictibus Metaph. i) Sonitum vel fragorem edidit. Metaph. k) Venere, numine Veneris, quæ mas & fœmina perhibetur, à Cypriis barbata culta; quin & θεὸς utriusque eſſe generis autumant. l) Anaſtrophe & ἓν διὰ. Inter flammas hoſtiles. m) Impeditus extrahor, Metaph. ab animalibus, quæ pedibus laqueo aut tricis impeditis difficulter ſe evolvunt.

n) Et tela & flammæ matris beneficio mihi cedunt.

Executio Conſilii à Venere dati conſtat

- 1. Impulſiva, Numinum
  - 1. Apparitione, ab adjuncta
    - 1. torvitate vultus.
    - 2. hoſtilitate erga Trojanos.
  - 2. Exciſione, quæ
    - 1. proponitur per Expolitionem, videbatur mihi tunc
      - 1. Ilium conſidere in ignes.
      - 2. Troja verti ex imo.
    - 2. amplificatur per Comparationem & Hypotypoſin Orni
      - 1. ab antiquitate.
      - 2. à ſuccidendi difficultate, per cauſam
        - 1. inſtrumentalem, ferro & bipennibus.
        - 2. principalē, agricolæ certatim inſtantes.
      - 3. à ruendi tarditate per gradus, illa
        - 1. minatur ruinam.
        - 2. nutat tremefacta.
        - 3. congemit evicta.
        - 4. ruit avulſa.
- 2. Forma, Æneæ evaſione, à
  - 1. Cauſa, beneficio & ductu divino.
  - 2. Subjecto per ignem & hoſtem.
  - 3. Effecto,
    - 1. tela dant locum.
    - 2. flammæ recedunt.

*Aſt* [a] *ubi jam patriæ perventum ad limina ſedis,*
[b] *Antiquasq́; domos; genitor, quem tollere in altos*
*Optabam primum montes,* [c] *primumq́; petebam,*
[d] *Abnegat excisâ vitam* [e] *producere Trojâ,*
*Exiliumq́; pati. Vos ô quibus* [f] *integer ævi*
*Sanguis (ait) ſolidæq́;* [g] *ſuo ſtant robore vires,*
*Vos agitate fugam.*
*Me ſi* [h] *cælicolæ voluiſſent ducere vitam,*
*Has mihi ſervaſſent ſedes.* [i] *Satis una ſuperq́;*
*Vidimus* [k] *exſcidia, & captæ* [l] *ſuperavimus urbi.*
*Sic, ô ſic* [m] *poſitum affati diſcedite corpus.*
*Ipſe* [n] *manu mortem inveniam:* [o] *miſerebitur hoſtis,*
[p] *Exſuviasq; petet.* [q] Facilis jactura ſepulchri eſt.
*Jampridem* [r] *inviſus divis, & inutilis annos*
[ſ] *Demoror, ex quo me divûm pater atq́; hominũ rex*
[t] *Fulminis afflavit ventis, & contigit igni.*
*Talia* [u] *perſtabat memorans,* [x] *fixusq́; manebat.*
*Nos contrà* [y] *effuſi lacrymis, conjuxq́; Creuſa,*
*Aſcaniusq́;, omnis* [z] *domus: ne* [a] *vertere ſecum*
*Cuncta pater,* [b] *fatoq́; urgenti incumbere vellet.*
[c] *Abnegat, inceptoq;* [d] *& ſedibus hæret in iisdem.*

*Rur-*

a) Tranſitio ad domeſticã tragœdiam, & primum quidem ad pietatem ſuam erga parentem, quẽ humeris urbe cupiebat efferre.
b) Caras, marmoreas. Enall. numeri, pro Domum c) Præ omnibus unum. Anaph. d) Decorum. Decuit enim ſenem & principem nõ ſupereſſe exciſæ patriæ, nec optare ſalutem privatam Rep. perdita.
e) Diutius ducere, extendere, in lõgius ducere f) Juvenes intelligit, quia non eſt integer ſanguis in ſenibus in quibus eum minui per ætatem Phyſici dicunt, unde illis tremor. g) Proprio, non adſcititio, ſine alterius auxilio, quo eget. h) At quos noſtra vita pertinet, à quibus vitæ origo.
i) Tmeſis. Satis eſt & plusquam ſatis, me unum illud urbis excidiũ ſub Laomedonte vidiſſe.
k) Enall. numeri emphatica, q. d. unum illud excidium inſtar multorum eſſe l) Superſtites fuimus urbi ab Hercule expugnatæ.
m) Vox funebris & Libitinaria. Me pro mortuo & conclamato jacẽtem hic relinquite, ex more ter dicto Vale. n) Mea. Quod olim viri fortis eſſe putabatur.
o) Proverbium confine illi: Quod vel ipſe Momus probet. Nec n. facilè hoſtis commovetur miſericordia, nec Mom⁹ aliquid probaverit. p) Ut hoſti detracta ſpolia.
q) Oratio prudentis viri, ſed in rebus deſperatis mortem optantis, plena præfracti ſpiritus, obſtinatiq́; animi, ſed φιλοπάτριδος Vult a. dicere: ſepulturæ jacturam in minimis ponendam. Huc applica ex Lycosthene Diogenis Apophthegma de ſepultura. Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos. Capit omnia tellus, quæ genuit; cœlo tegitur, qui non habet urnam. Lucanus. r) Ob concubitum cũ Venere. ſ) Quaſi feſtinantes diu vivendo detineo. t) Metaph. Flatu & vento fulminis tetigit. De triplici fulmine adi Phyſicos. u) Talibus dictis perſeverabat in moriendi conſilio.
x) Obſtinatus, immotus. Metaph. y) Effuſi in lachrymas, vel lachrymis effuſis. Hypall.
z) Familia tota. Metonym. *a*) Evertere. Hypall. figuræ. *b*) Mortem, quam facilè poſſet effugere, ſciens & volens in caput ſuum accerſere. Magna emphaſis in verbo & participio. Ut in illis: currentem incitare, præcipitem impellere. *c*) Conſtantiſſimè negat.
*d*) Decorè fingit ſedentem, tanquam ſenem decrepitum, invalidum, fulmine ictum.

- *Æneæ Fuga conſtat:*
  - 1. Conſiliis *vel*
    - 1. Diſſentaneis, *quæ ſunt*
      - 1. Anchiſæ pertinacia *conſtans*
        - *1. Recuſatione, cujus*
          - *1. Occaſio eſt Æneæ Pietas in*
            - *1. Familiam, ex reditu ad ædes paternas.*
            - *2. Parentem, ex conatu, quam primum tollẽdi cũ in montẽ.*
          - *2. Ratio, quia non vult exciſa Troja.*
            - *1. vitam producere.*
            - *2. exilium pati.*
        - *2. Exhortatione, cujus*
          - *1. Exordium captat benevolẽ-lentiam ab ætate ꝑ Expolit.*
            - *1 Cauſæ, quæ eſt ſanguis integer.*
            - *2. Effecti, quod ſunt vires robuſtæ.*
          - *2. Propoſitio: vos agitate fugam.*
          - *3. Cõfirmatio*
            - *1. ab honeſto, voluntate Deorum.*
            - *2. à jucũdo, mortis deſiderio, ſufficit mihi,*
              - *1. priꝰ excidiũ vidiſſe.*
              - *2. ſuperſtitẽ mãſiſſe.*
          - *4 Epilogus*
            - *1. proponitur: vos diſcedite me relicto & conclamato.*
            - *2 probatur à*
              - *1 facili,*
                - *1. ſui* ἀυτοχειρία.
                - *2. hoſtis*
                  - *1.* συμπαθεία
                  - *2.* ἀυταρκεία.
                - *3. ſepulchri jactura.*
              - *2. neceſſario, vitæ tædio, ob*
                - *1. Deorum odium.*
                - *2. Iovis ſpiculum*
                  - *1. fulmineum.*
                  - *2. igneum.*
        - *3. Obſtinatione, quæ*
          - *1. proponitur per Expolit. perſtabat, fixus manebat.*
          - *2. amplificatur contrariis*
            - *1. lachrymis*
              - *1. Æneæ. 2. Creuſæ.*
              - *3. Aſcanii 4 Familiæ.*
            - *2. precibus, ne*
              - *1 ſubverteret omnia ſecum.*
              - *2. fato incũberet.*
          - *3. clauditur Hypotypoſi: abnegat & hæret in iisdem cæptis & ſedibus.*
      - 2. Æneæ armatura. *vid. ſeq.*
    - 2. Conſentaneis *vid. ſeqq.*
  - 2. Actu.
  - 3. Eventu. } *vid. ſeqq.*

[a] *Rurſus in arma feror, mortemq́; miſerrimꝰ opto.*
*Nã [b] quod conſiliũ, aut quæ jam fortuna dabatur?*
[c] *Mene [d] efferre pedem, genitor, te [e] poſſe relicto*
*Speraſti? tantumque [f] nefas patrio excidit ore?*
*Si nihil ex tantâ [g] ſuperis placet urbe relinqui,*
*Et [h] ſedet hoc animo, perituræq́; addere Trojæ*
*Teq́; [i] tuosq́; juvat:* [k] patet iſti janua leto.
*Jamq́; [l] aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,*
*Natũ [m] ante ora patris, patrẽ qui obtrũcat ad aras.*
[n] *Hoc erat, alma parens, quòd me per tela, per ignes*
*Eripis? ut [o] mediis hoſtem in penetralibus, utq́;*
[p] *Aſcaniumq́;, patremq́; meum, juxtaq́; Creuſam,*
*Alterum in alterius [q] mactatos ſanguine cernam?*
[r] *Arma, viri, ferte arma:* [ſ] vocat lux ultima victos.
*Reddite me [t] Danais, ſinite inſtaurata reviſam*
*Prælia:* nunquã omnes hodie moriemur [u] inulti.
*Hîc [x] ferro accingor rurſus:* [y] *clypeoq́; ſiniſtram,*
[z] *Inſertabam aptans, meq́; extra tecta ferebam.*
*Ecce autem, [a] complexa pedes in limine conjux*
*Hærebat, parvumq́; [b] patri [c] tendebat Iulum.*
*Si periturus abis, & nos rape in [d] omnia tecum:*
*Sin [e] aliquã expertus ſumptis ſpem ponis in armis,*
*Hanc primùm tutare domum, cui [f] parvus Iulus,*
*Cui pater, & conjux [g] quondã tua dicta relinquor?*
*Talia vociferans gemitu [h] tectum omne replebat:*

*Quum*

*a) Ex incommodis calamitatibꝰ q́; ſuis a miſericordiam movet, quibus tantopere premitur, ut mortem quærat & optet.* *b) Et conſilio & fortuna deſtituebatur.* *c) Vide Scal. Poët. l. 3. c. 12 quàm graphicè depicti, quàm graviter expreſſi ſint hic affectus pietatis in parentem.*

*d) Mioſis emphatica: nedum fugere*

*e) Significantius & penetrantius eſt quàm velle.* *f) Vt te authore facinus nefarium à me perpetretur in te, non citra impietatis notam. Vel, tam iniquum de pietate mea fers indicium, at velim te deſerere cædi expoſitum; aut ut tu velis nos hic morantes unà perire.* *g) Refutat patris ratiocinationem.* *h) Stat ſententia.* *i) Polyſyndeton cum affectu.* *k) Occaſio moriendi omnibus paratiſſima eſt.* *l) Revertetur à cæde Priami.* *m) Politen in conſpectu Priami.* *n) Eſt in hac Apoſtrophe & interrogatione tanta efficacia, ut ſubſilire faciat auditoris animum. Scal. l. 2. c. 26.*

*o) Gradatio. Vt cernam hoſtem in penetralibus, filium mactari, patrem trucidari, uxorem perimi, & hos in mutuo ſanguine volutari.*

*p) Polyſyndeton patheticum.*

*q) Atrocitate dictionis rei indignitatem exaggerat.*

*r) Mixti pedes vocisq́; Arma repetitio, mirum, quàm eleganter impetum concitati animi exprimant.*

*ſ) Vocat ad mortem hæc extrema dies. Meton.* *t) Quibus me mater eripuit.* *u) Animi rebus deſperatis concitati ſolatium magnum vindicta eſt.* *x) Metonym*

*y) Solet & ſolitum eſt ſcutum ſiniſtra manu capi.* *z) Propter inſertorium quod eſt lorum in ſcuto, annuli vice, inter quod & ſcutum, inſertatur manus.*

*a) Hæc muta perſuaſio eſt, facta non verbis, ſed rebus; major vis in ſpectaculis quàm in verbis.*

*b) Mihi parenti.* *c) Obtendebat.* *d) In omnia pericula, in omnes caſus.* *e) Si in dextra tua aliquid ſpei collocatum habes.* *f) Epitheto notat ætatem.* *g) Quaſi uxor non ſit, quæ relinquitur.*

*h) Synecdoche. Totam domum.*

**Æneæ armatura deſcribitur**

- 1. Impulſiva
  - 1. interna, mortis deſiderio.
  - 2. externa, miſeria.
- 2. Conſilio, per Addubitationem, an
  - 1 ſine patre fugiendum?
  - 2. cum patre moriendum?
- 3. Ad unctâ Apoſtrophe, ad
  - 1. Anchiſen
    - 1. à turpi, nefas eſt
      - 1. filium relicto parente fugere.
      - 2. patrem filio fugam ſuadere.
    - 2. ab abſurdo, quo
      - 1. negat fatalem neceſſitatem, quâ nihil ex tanta urbe deberet relinqui.
      - 2. improbat conſilium patris cupientis ſe ſuosq; temerè in patriæ ruinam involvere.
    - 3. à periculoſo, quod
      - 1. proponitur, janua jam patet leto.
      - 2. probatur adventu Pyrrhi ſanguinolenti.
      - 3. amplificatur Pathopœia, à loco cæſi
        - 1. nati.
        - 2 parentis.
  - 2. Venerem cum qua expoſtulat
    - 1. Propoſitione, ſic ne mater me eripuiſti per tela, ꝑ ignes?
    - 2. Ratione, à fine, ut viderem
      - 1. hoſtē in penetralibus meis verſari.
      - 2. filium, patrem, uxorem mactari.
      - 3. alterū in alteriꝰ ſanguine volutari.
  - 3. Familiares, quos jubet
    - 1. ferre arma, ubi
      - 1. Propoſitio per Exclamationem.
      - 2. Ratio, ab honeſta morte.
    - 2. redire ſecum ad
      - 1. inſtauranda prælia.
      - 2. vindicandam mortem.
- 4. Forma,
  - 1. accingebatur ferro.
  - 2. aptabat clypeum ſiniſtræ.
  - 3. conferebat ſe extra domum.
- 5. Oppoſita Creuſæ uxoris cura, à
  - 1. Factis,
    - 1. tenebat proſtrata pedes mariti.
    - 2. oſtendebat parvum Iulum.
  - 2. Dictis, per dilemma
    - 1. ſi abis periturus, rape nos tecum.
    - 2 ſin confidis in armis, tutare primùm
      - 1 domum.
      - 2. filium.
      - 3 patrem.
      - 4 conjugem.
  - 3. Geſtibus adjunctis, clamore & gemitu.

Quum ſubitum dictuq; oritur [a] mirabile monſtrũ.
Namq; [b] manus inter mœſtorumq; ora parentum,
Ecce [c] levis ſummo de vertice viſus Juli
Fundere lumen [d] apex, tactuq; innoxia molli
[e] Lambere flamma comas, & circũ tempora [f] paſci.
Nos pavidi [g] trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & ſanctos reſtinguere [h] fontibus [i] ignes.
At pater Anchiſes oculos ad ſidera [k] lætus
Extulit, & [l] cœlo palmas cum voce tetendit.
Iuppiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
[m] Aſpice nos, hoc tantum: &, ſi, [n] pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atq; hæc [o] omina firma,
Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoque fragore
Intonuit [p] lævum, & de cœlo lapſa per umbras
Stella [q] facem ducens, multâ cum luce [r] cucurrit.
Illam ſumma [s] ſuper labentem culmina tecti,
Cernimus [t] Idæâ claram ſe condere ſylvâ,
Signantemq; vias: tum longo limite [x] ſulcus
Dat lucem & latè circum loca [y] ſulphure fumant.
Hic verò [z] victus genitor ſe tollit ad auras:
Affaturq; deos, & [a] ſanctum ſidus adorat.
[b] Jamjã nulla mora eſt: ſequor, & qua ducitis, adſũ.
Dii patrii ſervate [c] domum, [d] ſervat nepotem.
Veſtrum hoc augurium, [e] veſtroq; in numine Troja eſt.
Cedo equidem: nec, nate, tibi comes ire recuſo.
Dixerat ille. —— —— Et

a) Prodigium. b) Anaſtrophe. Inter complexus parentum. Major enim tum erat Julus, quam ut manibus geſtaretur. c) Leviter. Alludit a. hiſtoriam Servii Tulli. Valer. Max lib. 1, c. 6. d) Summitas pilei, conus. e) Leviter tangere. Metaph. f) Creſcere, nutriri, citra omnem pueri læſionẽ, vapore exhalante de capite.
g) Enallage modi. h) Aqua. Synecd. i) Ignem inviolabilem, caſtum, cœlitus profectum.
k) Anchiſes augurii non imperitus, cæteris timentibus, agnoſcit regni præſagium. l) Ad cœlum, orantium habitus eſt extenſio manuum ad cœlum.
m) Dii, quos intuentur, juvant faventes. Eſt & hic Ellipſis vel Apoſiopeſis pathetica. n) Merita ſua & pietatem verecundè commendat. o) Ad confirmationẽ prioris augurii, depoſcit aliud omen. p) Siniſtrum, quod erat boni ominis. Lævum n. ſumitur pro felici, fauſto. q) Periphraſis cometæ. r) Alludit ad Græcorum appellationem, qui vocant ἀςέρας διαθέοντας. Plinius ſtellarum diſcurſum appellat.
s) Anaſtrophe. t) Ubi Æneæ erat domus. u) Scintillis relictis.
x) Flammarum tractus. Metaph. ab agrorum cardinibus, in quibus propriè limites ſunt, viæ & termini, qui transverſim agros dividunt. y) Fulgura & fulmina ſulphuris odorem habent, ut & faces, ignesque alii divini.
z) Coactus mihi aſſentiri & cedere.

a) Sulphur n. divinum ignem putabant; itaque in ſulphureo fumo Jovis fulmen agnoſcit quo admonitus ab obfirmato conſilio diſceſſit. b) Verſus decem accentuum, quod rarum eſt; talis eſt 3. Æneid. verſ. 155. c) Familiam. d) Anaphora. e) In poteſtate veſtra, in veſtro arbitrio. Veſtro numine cadit antiqua, ſtabit nova Troja.

# TAB. XXVIII.

Conſilia Conſentanea conſtant

- 1. Cauſa, quæ eſt triplex Meteorum
  - 1. Oſtentum flammæ lambentis,
    - 1. ab adjuncto, 1 inopinabile. 2. mirabile.
    - 2. à ſubjecto loco
      - 1. communi, inter manus & ora parentum.
      - 2. proprio, de vertice Aſcanii.
    - 3. à forma,
      - 1. fundit lumen. 2. lambit comas tactu.
      - 3. paſcitur circum tempora.
    - 4. ab effectu contrario,
      - 1. parentum
        - 1 metu, pavore, trepidatione.
        - 2. conatu
          - 1. excutiendi crinem flagrantem.
          - 2. reſtinguendi ignem ſacrum.
      - 2. Anchiſæ lætitia, ex
        - 1. geſtibus
          - 1. oculorum, quos tollit ad ſidera.
          - 2. palmarum, quas tendit in cœlum.
        - 2. precibus, quarum
          - 1. Exordium captat benevolentiam à Iovis
            - 1. omnipotentia.
            - 2 miſericordia.
          - 2. Propoſitio, miſerere noſtri.
          - 3. Ratio, a pietate & meritis ſuis.
          - 4. Complexio,
            - 1. fer auxilium.
            - 2. firma hoc omen.
  - 2. Portentum cœli tonantis, ab adjuncto
    - 1. ſubito fragore.
    - 2. ſiniſtro latere, tanquam ſigno auſpicato.
  - 3. Prodigium ſtellæ cadentis,
    - 1. à definitione imperfecta, cujus
      - 1. genus, ſtella.
      - 2. differētia:
        - 1. de cœlo lapſa.
        - 2. facem vel caudā trahens.
        - 3 multa luce currens.
    - 2. à ſubjecto curſus termino
      - 1 à quo, culmine tecti.
      - 2. per quem, Idæam ſylvam.
    - 3. ab effecto, 1. ſignat viā. 2. præbet lucem. 3. fumat ſulphure.
- 2. Effecto, quo Anchiſes victum ſe fatetur
  - 1. geſtibus
    - 1. ſuſpiciendo cœlum. 2. affando Deos.
    - 3. adorando ſidus.
  - 2. precibus, quarum
    - 1. Propoſitio Diis patriis
      - 1. promittit promptum obſequium.
      - 2. commendat 1. familiam, 2. nepotem.
    - 2. Confirmatio, à Deorum 1. augurio, 2. arbitrio.
    - 3 Complexio repetit obſequium præſtandum
      - 1. Diis.
      - 2. Filio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0065-7

—— —— *Et jam per mœnia [a]clarior ignis*
*Auditur, [b]propiusq́; æſtus incendia volvunt.*
[c]Ergo age care pater, [d]cervici im ponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris: nec me labor iſte gravabit,
Quo res [f]cunq; cadēt, unum & comune periclū,
Una ſalus ambobus erit. *Mihi parvus Iulus*
*Sit comes, & [g]longè ſervet veſtigia conjux.*
*Vos famuli, quæ dicam, animis advertite veſtris.*
*Eſt [h]urbe egreſſis tumulus, templumq́; vetuſtum*
[i]*Deſertæ Cereris: juxtaq́; antiqua [k]cupreſſus,*
*Relligione patrum multos ſervata per annos.*
*Hanc [l]ex diverſo ſedem veniemus in unam.*
*Tu genitor [m]cape ſacra manu, patriosq́; penates:*
*Me, [n]bello è tanto digreſſum & cæde recenti,*
*Attrectare nefas, donec me [o]flumine vivo*
[p]*Abluero.*
*Hæc fatus, latos [q]humeros ſubjectaq́; [r]colla*
*Veſte [ſ]ſuper fulviq́; inſternor [t]pelle leonis:*
[u]*Succedoq́; oneri. Dextræ ſe parvus Iulus*
[x]*Implicuit, [y]ſequiturq́; patrem non paſſibus æquis.*
[z]*Ponè ſubit conjux. Ferimur per [a]opaca locorum:*
*Et me, [b]quem dudum non ulla injecta movebant*
*Tela, neq́; adverſo [c]glomerati ex agmine Graii;*
Nunc [d]omes terrent auræ, ſonus [e]excitat omnis
[f]*Suſpenſum, & pariter [g]comitiq́; oneriq́; timentem.*
*Iam-*

a) Crepitus & fragor ab igne procedens auditur clarior, quia vicinior. b) Incendia propiùs advolvunt calorem. c) Illuſtriſſimam picturam ςυζυγῆς, cœleſtes iſti verſus repræſentant, quamvis affectus nec verbis exprimi, nec coloribus ullis pingi pro re poſſit. Congruunt hæc cum ſuaviſſima narratione, de duobus fratribus Catanæis, qui ex incendio Ætnæ utrumque parentem extulerunt. d) Mi pater, quandoquidem conſenſiſti, & vis hoſtiis & incendii ingruit; nec integrum eſt mihi patriam defendere, nec tibi pedibus ſalutem quærere: ego obſequium cervicis meæ tibi præſtabo, tu modò humeris filii tui imponi te patere. e) Faciet pietas leve, quod quis putet graviſſimū; ſarcinam tuam libentiſſimè tolerabit affectus. f) Tmeſis. g) Procul obſervet veſtigia, ut ſequatur ex intervallo, ut ſingulis euntibus tutior ſit fuga, ne multi ſimul fugientes advertamur ab hoſte. h) Non procul à Scamādro; & bene extra urbē, quia Ceres eſt Dea ruſticorum, & inventrix molituræ. i) Vel quia Cereris fana in receſſibus ſemper fundata, ad memoriam derelictæ & raptа filia orbatæ Cereris; vel quia arvorum Dea extra urbem poſita: vel quia cultus jam deſuetus per decennem obſidionem. k) Arbor Diti ſacra, funeribus devota, juxta aras & templa conſeri ſolita. l) Diverſis itineribus. m) Pontificatus Æneæ hic deſcribitur, de quo Scal. l. 3 c 2. n) A cæde aut etiā funere venientibus nefas erat adire ſacra, niſi manibus priùs lotis. o) Aqua fluviali, fluenti, limpida. p) Diis ſacrificaturus ſuperis totum abluebat corpus; at Dido Diis inferis ſacra factura utebatur levi aſperſione. q) Synecdoche. r) Enallage numeri. ſ) Anaſtrophe, vel Tmeſis, ſuperinſternor. t) *Heroës priſci, vel decoris vel horroris gratia pellibus ferarum, præcipuè leonum, tegi ſolebant.* u) *Subeo humeris.* x) *Puerilem expreſſit timorem, ne manu excideret.* y) *Et in hoc laborem ſuum oſtendit Æneas, quòd alterum gereret, alterum traheret.* z) *A tergo.* a) *Vel quia nox erat, vel quia domus arboribus obtecta receſſit.* b) *Vir fortis non pertimeſcit, niſi propter ſuorum periculum.* c) *Metaph. à glomo. Collecti undiq́;.* d) *Pervenuſtè fugientium pavorem, & ad quamlibet auram, formas, & inanes ſpecies, per umbram imaginantium, depingit.* e) *Conſternat.* f) *Dubium. Metaph.* g) *Timebat non ſibi, ſed oneri & comitibus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0066-3

**Actus Fugæ conſtat**

- 1. Impulſiva, imminenti periculo, per Expolitionem,
  - 1. ignis auditur clarior.
  - 2. æſtus incendium propiùs volvunt.
- 2. Forma Pietatis plena conſtat
  - 1. Dictis, de diſpoſitione & cura
    - 1. Parentis, ubi Filii
      - 1. Propoſitio jubet parentem cervici ſuæ imponi.
      - 2. Ratio
        - 1. à facili & jucundo, humeros non gravari.
        - 2. ab honeſto & tuto, communione
          - 1. Periculi.
          - 2. Salutis.
    - 2. Iuli, quem ſibi legit comitem.
    - 3. Vxoris Creuſæ, quam ex intervallo ſequi jubet.
    - 4. Famulitii, per
      - 1. Apoſtrophen, ad captandam attentionem.
      - 2. Topographiâ,
        - 1. deſcriptione, templi ab adjunctis,
          - 1. ſitu extra urbem.
          - 2. uſu, Veneri ſacrum.
          - 3. cupreſſo
            - 1. annoſa.
            - 2. religioſa.
        - 2. determinatione loci, ubi conveniendum.
    - 5. Penatũ, ubi
      - 1. Propoſitio commendat Parenti ſacra, penates.
      - 2. Ratio, nefas eſſe dicit contingere
        - 1. cæde pollutum.
        - 2. aquâ nondum ablutum.
  - 2. Factis
    - 1. definitis
      - 1. Æneæ Patrem portantis,
        - 1. à ſubjecta parte, humeris, collo.
        - 2. ab adjuncto habitu, inſtrata pelle leõis.
        - 3. à forma, per Hypotyp. ſuccedentis oneri.
      - 2. Iuli
        - 1. implicantis ſe parentis dextræ.
        - 2. ſequentis ægrè parentem.
      - 3. Creuſæ ponè ſubeuntis.
    - 2. indefinitis, omnium progredientium per opaca locorum.
- 3. Effectu, Pavore Æneæ, qui amplificatur contrariis,
  - 1. priſtina fortitudine, ab objectis
    - 1. telis jaculatis.
    - 2. hoſtibus glomeratis.
  - 2. nova formidine, ab impulſiva
    - 1. externa, terrore, cujusq;
      - 1 auræ.
      - 2. ſoni.
    - 2. interna, timore vel cura parentis & comitum.

*Iamq́; propinquabam portis,[a] omnemq́; videbar*
*Evaſiſſe viam,[b] ſubitò quum creber ad aures*
*Viſus adeſſe pedum ſonitus:[c] genitorq́; per umbrã*
*Proſpiciens,[d] Nate (exclamat) fuge nate:[e] propinquant:*
[f] *Ardentes clypeos, atq́;[g] æra micantia cerno.*
Hic mihi, neſcio quod, trepido[h] malè numen amicum
[i] Confuſam eripuit mentem. *Namq́;[k] avia curſu*
*Dum ſequor, & notâ excedo regione viarum,*
*Heu[l] miſero conjux fatóne erepta Creuſa*
*Subſtitit,[m] erravitné viâ, ſeu laſſa reſedit,*
*Incertum: nec pòſt oculis eſt[n] reddita noſtris.*
*Nec priùs amiſſam reſpexi,[o] animumq́; reflexi,*
*Quàm[p] tumulum antiquæ Cereris, ſedemq́ue ſacratam*
*Venimus. Hic demum collectis omnibus[q] una*
*Defuit, & comites natumq́; virumq́;[r] fefellit.*
[ſ] *Quem non incuſavi amens hominumq́ue[t] deorumq́ue?*
*Aut[u] quid in everſâ vidi crudelius urbe?*

*Aſca-*

a) Exiſtimabam nihil reſtare periculi. b) Rurſum mille armatorum agmina per umbram ſibi occurrere imaginatur.
c) Anchiſes territus pavensq́ue videtur ſibi videre, quæ non ſunt certè quæ cæco, utpote fulminis afflato ventis nequaquã poſſent conſpici. d) *A*naphora trepidationem arguit. Ita qui dudum mori volebat, nunc mortem evitare ſtudet; adeò cunctis inſitum naturâ, velle diu vivere.
e) Ellipſis. Hoſtes.
f) Candefactos. g) Armorum ferrorum lucem.
h) Infenſum, iratum, inimicum, infeſtus dæmon, malus Genius, cui bonam incommodorum noſtrorum partem acceptam ferimus; Græci ἀλάστορα vocant. Priſci enim arbitrabantur ſingulis binos genios aſſignatos, neque hominibus tantùm, ſed & locis; quorum alter perniciem, alter ſalutem moliretur.
i) Perturbatam, impotentem, amentem, vario cogitatu diſtractam, ſpoliavit prudentia.
k) Cauſa amiſſæ conjugis, quod aviis itineribus è nota regione viarum ad portam contenderit.
l) *A*movet ſuſpicionem deſertæ conjugis, transferendo culpam in Fatum.
m) Quòd ego exceſſeram nota via.
n) Tantum n. umbram ejus vidit. o) In mentem venit oculos reflectere.
p) Ellipſis; pro, ad tumulum. q) Sola ab omnibus deſiderata.
r) Spem fefellit comitum, mariti & filii. ſ) Ecce affectus puri & honeſti matrimonii, & perditæ uxoris dolor! Et condonandum eſt affectui humano & maritali, quòd vir pius & Deos & homines incuſaverit, ideoq́ue fatetur quandam amentiam. t) Polyſyndeton in Hypermetro.
u) Bene commendat ſe futurus maritus, qui apud Didonem oſtendit, quantopere amaverit uxorem; quòd in tantis calamitatibus nihil quicquam ducebat acerbius, & intolerabilius, amiſſâ uxore.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0068-4

- Eventus Fugæ eſt Creuſæ
  - 1. Amiſſio cujus not.
    - 1. Occaſio,
      - 1. à ſubjecto loco, cùm appropinquaſſet portæ.
      - 2. ab adjuncta ſecuritate, cum videretur ſibi evaſiſſe.
      - 3. à cauſa,
        - 1. pedum ſonitu.
        - 2. Anchiſæ monitu, cujus
          - 1. Propoſitio: eripe nate fugam.
          - 2. Ratio, adſunt hoſtes, quia video
            - 1. clypeos ardẽtes.
            - 2. æra micantia.
    - 2. Cauſa, Æneæ Aberratio, cujus
      - 1. Efficiens, Numen malè amicum eripuit mentem.
      - 2. Effectus per Expolitionem,
        - 1. avia quaro.
        - 2. nota via excedo.
    - 3. Actus, Sublatio,
      - 1. à Cauſa incerta, an
        - 1. Fato erepta ſubſtiterit.
        - 2. à via aberraverit.
        - 3. defeſſa reſederit.
      - 2. ab Effectu, nec poſt oculus eſt reddita noſtris.
    - 4. Eventus, Animadverſio
      - 1. à Subjecto,
        - 1. loco, per
          - 1. ἄρσιν nullibi reſpexi, vel animum reflexi.
          - 2. θέσιν, ſed demum apud templum Veneris.
        - 2. perſonis
          - 1. in genere, collectis omnibus una defuit.
          - 2 in ſpecie, fefellit
            - 1. comites.
            - 2 natum.
            - 3. maritum.
      - 2. ab Effectu, indignatione,
        - 1. ab impulſiva, amentia.
        - 2. ab objecto, Dis & hominibꝰ.
        - 3. ab adjuncta ſumma triſtitia.
  - 2. Disquiſitio.
  - 3. Apparitio.
  - (2. and 3.) vid. ſeqq.

[a] *Aſcaniũ, Anchiſemq́; patrem, Teucroſq́; penates*
*Commendo ſociis, &* [b] *curvâ valle recondo.*
*Ipſe* [c] *urbem repeto, & cingor fulgentibus armis.*
[d] Stat caſus renovare omnes, [e] *omnemq́; reverti*
*Per Trojam* & rurſus [f] caput objectare periclis.
*Principio muros,* [g] *obſcuraq́; limina portæ,*
*Quà greſſum extuleram, repeto: & veſtigia* [h] *retrò*
*Obſervata ſequor per noctem, &* [i] *lumine luſtro.*
[k] Horror ubiq; animos, ſimul ipſa [l] ſilentia terrēt.
*Inde domum, ſi fortè pedem,* [m] *ſi fortè tuliſſet,*
*Me refero.* [n] *Irruerāt Danai, & tectũ õne tenebāt.*
[o] *Ilicet ignis edax ſumma ad* [p] *faſtigia vento*
*Volvitur:* [q] *exſuperāt flammæ, furit æſtꝰ ad auras.*
*Procedo ad Priami ſedes,* [r] *arcemq́; reviſo.*
*Et jam porticibus* [s] *vacuis,* [t] *Junonis aſylo,*
*Cuſtodes lecti* [u] *Phœnix & dirus Vlyſſes*
*Prædam aſſervabant, huc undiq; Troja* [x] *gaza*
*Incenſis erepta* [y] *adytis,* [z] *menſæque deorum,*
*Crateresq́; auro ſolidi,* [a] *captivaq́; veſtis*
[b] *Congeritur:* [c] *pueri & pavidæ longo ordine matres*
*Stant circum.* [d]
[e] *Auſus quin etiam voces jactare per* [f] *umbram,*
*Implevi clamore vias, mœſtusq́;* [g] *Creuſam*
*Ne quicquam ingeminans,* [h] *iterumq́; iterumque*
*vocavi.* *Qua-*

a) Undiquaque pietatis afficitur cura. Deos patrios, parentem, filium, ſociis cōmedat tuendos, ipſe abit quæſitum uxorem.
b) Vel ob circumjectos montes, vel ob vicina littora, quæ curva dicuntur. c) Hyſteron proterō.
d) Certum eſt mihi, fixum animo & immotum. Exemplum amoris conjugalis. e) Polyptoton. f) Projecta audacia in pericula ſe præcipitare, Græci vocāt ῥιψοκινδυνεῖν.
g) Hypall. pro Nocte obſcura.
h) Viam remetior. i) Oculos circumfero. k) Admirabilis Hypotypoſis trepidè per noctem vadētis, & ſubinde ad quamlibet auram reſpectantis. Terrebat nox, ſolitudo, ſilentium, incendiũ, armorum crepitus l) Quæ terrere non debebāt, præcipuè inter hoſtes. m) Iteratione auxit dubitationem. n) Quos Venus ante prohibuerat. Ad amoliendā proditionis ſuſpicionem, ait hoſtes domum ſuam occupaſſe.
o) Illicò, confeſtim, quaſi ire licet & ponitur, ubi ſignificatur, omnia extrema accidere vel accidiſſe.
p) Culmina domus. q) Evincunt flammæ, & flagor vehementer crepitat, & exilit ad auras; per quod ſignificatur magnifica domus. r) Prudenter fingitur ad regiam rediſſe, ne prior narratio memoria excidat.
ſ) Amplis, vacuatis. t) Templo Junonis inimicæ Trojanis, unde nefas niſi à Principe quicquam auferri. u) Achillis magiſter. x) Barbaro lexis. Vox Perſica, ſignificans theſaurum & divitias.
y) Græci & Latini vocant penitiſſimum templi locum, quem excepto ſacerdote, fas erat, intrare nemini. z) Tripodes & pocula ſacrificatoria. *a*) Captivis detracta, ablata.
*b*) Zeugma. *c*) Captivi abducendi. *d*) Complent nonnulli: & tacitis implent mugitibus aures. *e*) Admiratur hæc Scaliger Poët. lib. 3 c. 11. *f*) Tenebras.
*g*) Fruſtra; quippe de qua conclamatum. *h*) Alludit ad ritus funebres priſcorum.

**Creuſæ diſquiſitio deſcribitur**

- 1. Præparatione,
  - 1 procurando ſuos,
    - 1. commendando ſociis
      - 1. natum.
      - 2. patrem.
      - 3. penates.
    - 2. recondendo in valle curva.
  - 2. reſumendo arma.
  - 3. obfirmando animum
    - 1. renovandi caſus.
    - 2. revertendi Trojam.
    - 3. ſubeundi periclum capitis.
- 2. Diſtributione ſubjecti loci, videl.
  - 1. Portæ,
    - 1. repetendæ,
      - 1. eadem limina requirendo.
      - 2. veſtigia retrò legendo.
      - 3. oculis luſtrando per noctem.
    - 2. repetitæ, ab adjuncto
      - 1. horrore.
      - 2. ſilentii terrore.
  - 2. Domus
    - 1. repetendæ cauſa, ſi fortè pedem eò tuliſſet.
    - 2. repetitæ effectus contrarius,
      - 1. hoſtes
        - 1. irruerant.
        - 2. occupaverant.
      - 2. incendiũ graſſatur per Expolitionem,
        - 1. ignis volvitur.
        - 2. flammæ exſuperant.
        - 3. furit æſtus ad auras.
  - 3. Arcis ubi
    - 1. Æneæ reviſio per Expolitionem.
    - 2. Hoſtium actio, in Præda
      - 1. aſſervatione,
        - 1. à ſubjecto loco,
          - 1. porticibus vacuis.
          - 2. aſylo Iunonis.
        - 2. à cauſa, cuſtode 1. Phœnice. 2. Vlyſſe.
      - 2. congeſtione
        - 1. à termino à quo, undiq; crepta incẽſis adytis.
        - 2. à materia, cujus
          - 1. genus, Trojani theſauri.
          - 2. ſpecies,
            - 1. menſæ Deorum.
            - 2. crateres aurei.
            - 3. veſtes captivorũ.
    - 3. Captivorum paſſio,
      - 1. à ſitu, ſtant in circuitu utriusq; ſexus homines.
      - 2. ab effectu, metu, gemitu, fletu.
- 3. Forma per Expolitionem,
  - 1. voces jactando per tenebras.
  - 2. vias implendo clamore.
  - 3. nomen Creuſæ fruſtra vocando, ingeminando, iterando.

Quærenti & [a] tectis urbis ſine fine [b] furenti
[c] Infelix [d] ſimulacrum, atq; ipſius umbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos, & notâ [e] major imago.
Obſtupui [f] ſteterũtq; comæ, & vox [g] faucib⁹ hæſit.
Tum ſic [h] affari, & curas his demere dictis,
Quid tantum [i] inſano juvat indulgere labori,.
O dulcis conjux: [k] non hæc ſine numine divûm
Eveniunt. Nec te [l] comitem aſportare Creuſam
Fas: haud [m] ille ſinit ſuperi [n] regnator olympi.
Longa tibi exilia, & vaſtũ maris æquor [o] arandũ.
At terram [p] Heſperiam venies, ubi [q] Lydius arva
Inter [r] optima virûm [ſ] leni fluit agmine [t] Tybris.
Illic [u] res lætæ, regnumq́;, & [x] regia conjux
Parta tibi. [y] Lachrymas dilectæ pelle Creuſæ.
Non [z] ego Myrmidonum ſedes, Dolopũvè ſuperbas
Aſpiciam, aut [a] Graiis ſervitum matribus ibo,
[b] Dardanis, & divæ Veneris nurus.
Sed me [c] magna deûm genitrix his detinet oris.
Jamq́; vale, [d] & nati ſerva communis amorem.
Hæc ubi dicta dedit, lachrymantem, & multa volentem
Dicere, deſeruit, [e] tenuesq́; receſſit in auras.
[f] Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
[g] Ter fruſtra comprenſa manûs effugit imago,
Par levibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.
Sic demum ſocios conſumpta nocte reviſo.
Atq́; hic ingentem comitum affluxiſſe novorum
Invenio admirans [h] numerum: matresq́; virosq́;,

Colle-

a) Per tecta, per domos urbis. Synecd. b) Furentis inſtar diſcurrenti pariter ac vociferanti.
c) Mihi, non ſibi. d) Creuſæ ἀποθέωσιν oſtendit, quia ſimulacra Deorum ſunt.
e) Quippe non mortalis ampliùs, ſed Dea. Territis imagines apparent auguſtæ, humanis & notis majores: unde credebant Deas majores habitu corporis, quàm humano. f) Syſtole.
g) Lingua hæret metu. Terent.
h) Viſa eſt. i) Immenſo, inutili, vehementi, magno, ſine ratione.
k) Noëma. l) Interſere adverbiũ Hinc, & grandem dirimes Grammaticorum de hoc verſu litem.
m) δεικτικῶς, digito in cœlum intento. n) Periphraſis Jovis.
o) Metaph. à terra ad mare.
p) Italiam, quæ Heſperia magna.
q) Thuſcus. Namq́ue Lydi Thyrreno duce hic conſederant.
r) Pinguia, fertilia.
ſ) Levi impetu, fluore, ductu, tractu, actu. t) Syncope Tiberis a Tiberino rege ſubmerſo dictus, antea Albula. u) Adverſis adjungit res ſecundas.
x) Lavinia. y) Ergo noli me deflere, quia alia tibi parata.
z) Non abducar captiva.
a) Non ſerviam Græcis.
b) Longè dignior ſum, quà gentẽ, quà cognationẽ cum Dea, quam ut ſervitum eam
c) Cybele, vel Opſ. Mortuam a. ſe eſſe innuit, & ſepultam detineri terra, quæ Deûm mater.
d) Propter futuram novercam commendat filium.
e) Deſcriptio ſpiritus.
f) Ternio vel ternarius frequens poëtis, per Synecd. g) Anaphora.
h) Si Dareti credimus, 3400.

i) Ad

**Creuſæ Apparitio conſtat**

- 1. Objecto, cui fata? Æneæ quærenti & furenti ſine fine per urbem.
- 2. Adjuncta Qualitate
  - 1. afficiente per Expolit. Creuſæ, cujus
    - 1. Simulachrum infelix.
    - 2. Vmbra ante oculos viſa.
    - 3. Imago major.
  - 2. affecta, ſtupore, cujus effecta 1. comarum erectio. 2. vocis adhæſio.
- 3. Effectu, videlicet
  - 1. Affatu, cujus
    - 1. Finis, ut conſolaretur maritum.
    - 2. Forma conſtat
      - 1. Propoſitione, quâ blandè caſtigat inſanum laborem quærendi.
      - 2. Ratione,
        - 1. non hæc ſine Numine fiunt.
        - 2. non licet hinc comitem te aſportare Creuſam.
        - 3. non permittit Iuppiter.
      - 3. Approbatiõe, à contrariis
        - 1. longo exilio & navigatione.
        - 2. læta cataſtrophe
          - 1. profectione. 1. in Italiã 2. ad Tybrim.
          - 2. aquiſitiõe 1. regni. 2. regia conjugis.
      - 4. Occupatione, cujus
        - 1. Propoſitio: non eſt quod me fleas.
        - 2. Ratio, per
          - 1. ἄρσιν, nõ ego
            - 1. videbo Græciam.
            - 2. ſerviam Græcis mulieribus.
            - 3. indigna genere meo committam.
          - 2. θέσιν, ſed Cybele mater Deorũ me detinet his oris.
      - 5. Epilogo, & hic
        - 1. ſalutatione poſtrema, vel valedictione.
        - 2. commendatione filii.
  - 2. Diſceſſu
    - 1. à ſubjecto termino,
      - 1. à quo, Ænea, 1. lachrymante. 2. dicturiente.
      - 2. ad quem, in auras.
    - 2. ab adjũcto Æneæ conatu, cujus
      - 1. forma, cupit amplecti collum.
      - 2. effectꝰ, fruſtratꝰ, quia imago
        - 1. fugit.
        - 2. ſimilis
          - 1. vento.
          - 2. ſomno.
- 4. Eventu, Æneæ obſequio, quod præſtat
  - 1. Sociorũ reviſione
    - 1. ab adjuncto tempore, conſumpta nocte.
    - 2. ab eventu, confluxu hominum
      - 1. à quantitate ingenti & admiranda.
      - 2. diſtributiõe: matres, viri, pubes, vulgus.
      - 3. ab adjũnctis opibus, animus.
      - 4. à fine ſequendi ducem
  - 2. Montis conſcenſione
    - 1. ab adjuncto tempore per Chronographiam Luciferi
      - 1. orientis in jugis Idæ.
      - 2. ferentis diem.
    - 2. ab impulſiva, quia eſt 1. occupatum Ilium. 2. deſperatum auxilium.
    - 3. à forma, ex pietate recepto genitore in humeros.

*Collectam*[i] *exilio pubem, miſerabile*[k] *vulgus.*
*Undiq; convenêre,*[l] *animis opibusq; parati,*
*In quascunq; velim pelago*[m] *deducere terras.*
*Iamq;*[n] *jugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ,*
*Ducebatq;*[o] *diem: Danaiq;*[p] *obſeſſa tenebant*
*Limina portarum:* nec ſpes [q] opis ulla dabatur.
[r] *Ceſſi, & ſublato*[ſ] *montem*[t] *genitore petivi.*

i) Ad exilium. k) Non immeritò quærit Scaliger l. 3. c. 26. cujusmodi facie hoc vulgus miſerabile deſcribi aut pingi poſſit.
l) Et volebant, & poterant, fortes pariter & divites.
m) Tanquam in Colonias.
n) Promontoria Idæ quatuor numerarunt: Phalacram, Lectum, Pergamum, Gargaron.
o) Quia prævius eſt lucis dux.
p) Vigilum ſtationes circa portas collocarunt. q) Servandæ urbis, vel opis ferendæ urbi. r) Deo & tempori, quod prima Sapientia eſt. ſ) Idam. t) Succollato iterum patre.

---

## Annotatio Jac. Pontani.

*Didicimus ergo hoc libro, Trojam à Græcis captam, & funditus everſam, in quo conſentiunt omnes Græci & Latini, præter unum Dionem Chryſoſtomum, qui ſcripto volumine, ut etiam refert Rhodiginus lib. 19. c. 23. Conatus eſt Rationibus multis, ſatisque probabilibus demonſtrare, ab Ilienſibus fuiſſe Græcorum exercitum victum, fugatumque; nec ab eo Ilium, quod Homerus cecinerit, expugnatum. Non modò igitur Homero, ſed & Dareti & Dicty, & omnibus, qui eorum fidem ſequuntur, per ſummam licentiam repugnavit. De fuga autem Æneæ, reliquorumque utriusque ſexus Trojanorum, de quibus ſub finem hujus libri Poëta, longè aliter narrat Dionyſius lib. 1. quem leges, cum viſum fuerit.*

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0074-7

71 B 1/8

ULB Halle 3
005 129 184

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0075-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-356838-p0076-8

NALYSIS

undi Æneidos,

RYGIÆ MINORIS

EN, CAPUT,

# OJAM,

ecenni bello

*PUGNABILEM,*

DIIS, SINONIS OFFUCIIS,

to equo durateo,

*PUGNATAM,*

*occidente*

# MO REGE,

mmis & ferro

*EXCISAM,*

*ab*

ENEA

fruſtra

*OPUGNATAM,*

*& cum*

, PARENTIS, FILII

cura,

UXORIS

jactura

*DESERTAM,*

S & TABULIS

delineans.

*Opera*

SEIZII, *p.t.* *Rect. Gymnaſii*

*i Svevo-Halenſis.*

us Authoris, excud. Johan-Reinhardus Laidig/
Chriſtianæ MDCLVII.